21 ‡ καὶ εὐφράνθη πᾶς ὁ λαὸς τῆς γῆς, καὶ ἡ πόλις ἡσύχασεν, καὶ τὴν γοθολίαν ἐθανάτωσαν μαχαίρᾳ.

כד

1 * בֶּן־שֶׁבַע שָׁנִים יוֹאָשׁ בְּמָלְכוֹ
וְאַרְבָּעִים שָׁנָה מָלַךְ בִּירוּשָׁלִָם וְשֵׁם אִמּוֹ צִבְיָה
2 מִבְּאֵר שָׁבַע: * וַיַּעַשׂ יוֹאָשׁ הַיָּשָׁר בְּעֵינֵי יְהוָה
3 כָּל־יְמֵי יְהוֹיָדָע הַכֹּהֵן: * וַיִּשָּׂא־לוֹ יְהוֹיָדָע
נָשִׁים שְׁתַּיִם וַיּוֹלֶד בָּנִים וּבָנוֹת:
4 * וַיְהִי אַחֲרֵי־כֵן הָיָה עִם־לֵב יוֹאָשׁ לְחַדֵּשׁ אֶת־
5 בֵּית יְהוָה: * וַיְקַבֵּץ אֶת־הַכֹּהֲנִים וְהַלְוִיִּם
וַיֹּאמֶר לָהֶם צְאוּ לְעָרֵי יְהוּדָה וְקִבְּצוּ מִכָּל־יִשְׂרָאֵל
כֶּסֶף לְחַזֵּק אֶת־בֵּית אֱלֹהֵיכֶם מִדֵּי שָׁנָה בְּשָׁנָה
וְאַתֶּם תְּמַהֲרוּ לַדָּבָר וְלֹא מִהֲרוּ הַלְוִיִּם:
6 * וַיִּקְרָא הַמֶּלֶךְ לִיהוֹיָדָע הָרֹאשׁ וַיֹּאמֶר לוֹ
מַדּוּעַ לֹא־דָרַשְׁתָּ עַל־הַלְוִיִּם לְהָבִיא מִיהוּדָה
וּמִירוּשָׁלִַם אֶת־מַשָּׂאַת מֹשֶׁה עֶבֶד־יְהוָה
7 וְהַקָּהָל יִשְׂרָאֵל לְאֹהֶל הָעֵדוּת: * כִּי עֲתַלְיָהוּ
הַמְרַשַּׁעַת בָּנֶיהָ פָּרְצוּ אֶת־בֵּית הָאֱלֹהִים וְגַם
כָּל־קָדְשֵׁי בֵית־יְהוָה עָשׂוּ לַבְּעָלִים:
8 * וַיֹּאמֶר הַמֶּלֶךְ וַיַּעֲשׂוּ אָרוֹן אֶחָד וַיִּתְּנֻהוּ
9 בְּשַׁעַר בֵּית־יְהוָה חוּצָה: * וַיִּתְּנוּ־קוֹל
בִּיהוּדָה וּבִירוּשָׁלִַם לְהָבִיא לַיהוָה מַשְׂאַת מֹשֶׁה
10 עֶבֶד־הָאֱלֹהִים עַל־יִשְׂרָאֵל בַּמִּדְבָּר: * וַיִּשְׂמְחוּ
כָּל־הַשָּׂרִים וְכָל־הָעָם וַיָּבִיאוּ וַיַּשְׁלִיכוּ לָאָרוֹן
11 עַד־לְכַלֵּה: * וַיְהִי בְּעֵת יָבִיא אֶת־הָאָרוֹן
אֶל־פְּקֻדַּת הַמֶּלֶךְ בְּיַד הַלְוִיִּם וְכִרְאוֹתָם כִּי־רַב
הַכֶּסֶף וּבָא סוֹפֵר הַמֶּלֶךְ וּפְקִיד כֹּהֵן הָרֹאשׁ וְיָעֲרוּ
אֶת־הָאָרוֹן וְיִשָּׂאֻהוּ וְיָשִׁיבֻהוּ אֶל־מְקוֹמוֹ כֵּן
עָשׂוּ לְיוֹם בְּיוֹם וַיַּאַכְפוּ כֶסֶף לָרֹב:
12 * וַיִּתְּנֵהוּ הַמֶּלֶךְ וְיְהוֹיָדָע אֶל־עֹשֵׂה
מְלֶאכֶת עֲבוֹדַת בֵּית־יְהוָה וַיִּהְיוּ שֹׂכְרִים
חֹצְבִים וְחָרָשִׁים לְחַדֵּשׁ בֵּית יְהוָה וְגַם לְחָרָשֵׁי
בַרְזֶל וּנְחֹשֶׁת לְחַזֵּק אֶת־בֵּית יְהוָה:
13 * וַיַּעֲשׂוּ עֹשֵׂי הַמְּלָאכָה וַתַּעַל אֲרוּכָה לַמְּלָאכָה
בְּיָדָם וַיַּעֲמִידוּ אֶת־בֵּית הָאֱלֹהִים עַל־מַתְכֻּנְתּוֹ
14 וַיְאַמְּצֻהוּ: * וּכְכַלּוֹתָם הֵבִיאוּ לִפְנֵי הַמֶּלֶךְ
וְיְהוֹיָדָע אֶת־שְׁאָר הַכֶּסֶף וַיֵּעָשׂוּ כֵלִים
לְבֵית־יְהוָה כְּלֵי שָׁרֵת וְהָעֹלוֹת וְכַפּוֹת וּכְלֵי זָהָב
וָכֶסֶף וַיִּהְיוּ מַעֲלִים עֹלוֹת בְּבֵית־יְהוָה תָּמִיד
כֹּל יְמֵי יְהוֹיָדָע:

CAP. XXIIII.

1 SEptem annorũ erat Ioas cùm regnare 4. Reg. 12. 1.
A cœpisset, & quadraginta annis regnauit
in Hierusalem. Nomen matris eius Sebia
2 de Bersabee. *Fecítq; quod bonum est
coram Dño cunctis diebus Ioiadę sacer-
3 dotis. *Accepit autem ei Ioiada vxores
duas, è quibus genuit filios & filias.
4 *Post quæ placuit Ioas vt instauraret
5 domum Dñi. *Cõgregauítq; sacerdotes
& Leuitas, & dixit eis: Egredimini ad ci-
uitates Iuda, & colligite de vniuerso Is-
B rael pecuniã ad sartatecta templi Dei no-
stri per singulos annos, festinatóq; hoc fa
cite. Porrò Leuitæ egere negligentius.
6 *Vocauítque rex Ioiadam principem,
& dixit ei: Quare tibi non fuit curæ,
vt cogeres Leuitas inferre de Iuda & de
Hierusalẽ pecuniam quæ constituta est à
Moyse seruo Dñi, vt inferret eam omnis
multitudo Israel in tabernaculũ testimo-
7 nij? *Athalia enim impijssima & filij
eius destruxerũt domũ Dei, & de vniuer-
sis quę sanctificata fuerant in templo Dñi
8 ornauerunt phanum Baalim. *Præcepit
ergo rex, & fecerunt arcam, posuerúntque
eam iuxta portam domus Dñi forinsecus.
9 *Et prædicatũ est in Iuda & Hierusa-
lem vt deferrẽt singuli precium Domino
quod constituit Moyses seruus Dei super
10 omnẽ Israel in deserto. *Lætatíque sunt
C cuncti principes & omnis populus, & in-
gressi contulerunt in arcam atq; miserunt
11 ita vt impleretur. *Cúmq; tempus esset
vt deferrent arcam coram rege per manus
Leuitarum, videbãt enim multam pecu-
niam, ingrediebatur scriba regis, & quem
primus sacerdos cõstituerat, effundebánt-
que pecuniam quæ erat in arca. Porrò ar-
cam reportabant ad locum suum. Sícq; fa
ciebãt per singulos dies. Et congregata est
12 infinita pecunia. *Quam dederũt rex &
Ioiada his qui præerant operibus domus
D Dñi. At illi cõducebãt ex ea cæsores lapi-
dũ, & artifices operum singulorũ, vt in-
staurarent domũ Dñi, fabros quoq; ferri
& æris, vt quod cadere cęperat fulciretur.
13 *Egerúntq; hi qui operabãtur industriè,
& obducebatur parietum cicatrix per ma
nus eorũ, ac suscitauerũt domũ Dei in sta
tum pristinũ, & firmiter eã stare fecerunt.
14 *Cúmq; cõplessent omnia opera, detule-
runt coram rege, & Ioiada reliquam par-
tem pecuniæ, de qua facta sunt vasa tem-
E pli in ministerium ad holocausta, phialæ
quoque & cætera vasa aurea & argentea.
Et offerebantur holocausta in domo Domini iugiter cunctis diebus Ioiadæ.

CAP. XXIIII.

FFlius existens septem annorum Joas quando regnauit ipse, & quadraginta annis regnauit in Hierusalem, & nomen matri eius Sebia de Bersabee. 1

‡ Et fecit Joas rectum coram Domino cunctis diebus Ioiadæ sacerdotis. 2

‡ Et accepit sibi Joiade duas vxores, & genuit filios & filias. 3

‡ Et factum est post hæc, & fuit in corde Joas vt instauraret domum Domini. 4

‡ Et congregauit sacerdotes & Leuitas, & dixit eis, Egredimini in ciuitates Juda, & colligite de vniuerso Israel argentum ad restaurandum domum Domini Dei vestri à sufficiente annũ per annum: & vos festinate ad loquendum, & non festinauerunt Leuitæ. 5

‡ Et vocauit rex Joiade principem, & dixit ei, Quare non quæsiuisti de Leuitis vt inferrent de Juda & Hierusalem constitutam assumptionem à Moyse homine Dei, quando congregauit Israel in tabernaculo testimonij in deserto? 6

‡ Quoniam Athalia fuit impia, & filij eius destruxerunt domũ Dei, & omnia sancta domus Domini fecerunt Baalim. 7

‡ Et dixit rex, Fiat capsula, & ponatur in porta domus Domini foras. 8

‡ Et prædicent in Juda & in Hierusalem vt deferãt Domino, sicut dixit Moyses seruus Dei super Israel in deserto. 9

‡ Et lætati sunt cuncti principes & omnis populus, & intulerunt, & immiserunt in capsulam vsque quo impleta est. 10

‡ Et factum est in tempore quo inferebatur capsula ad præsides regis per manum Leuitarum: & quando viderunt quòd superabundauit argentum, & venit scriba regis, & præses magni sacerdotis, & euacuauerunt capsulam, & tulerunt & constituerunt eam in loco suo: sic faciebant die ex die, & congregauerunt argentum multum. 11

‡ Et dedit argentũ rex et Joiade sacerdos facientibus opera in opere domus Domini, & cõducebant cæsores lapidum & artifices, vt instaurarẽt domum Domini, & ad artifices æris, & ferri vt fulcirent domum Domini. 12

‡ Et faciebant facientes opera, & ascendit longitudo operum in manibus suis, & constituerunt domum Domini in statum suum, & firmiter stare fecerunt eam. 13

‡ Et cùm compleuerunt domum, detulerunt ad regem & ad Joiade reliquũ argenti, & fecerunt illud vasa in domum Domini, vasa ministratoria, & holocaustorum, & mortariola, & vasa aurea & argentea; & intulerunt holocausta in domo Domini semper cunctis diebus Joiadæ. 14

κδ'.

1 ‡ Υἱὸς ὢν ἑπτὰ ἐτῶν ἰωὰς ἐν τῷ βασιλεύειν αὐτόν, καὶ τεσσαράκοντα ἔτη ἐβασίλευσεν ἐν ἱερουσαλήμ, & ὄνομα
2 τῇ μητρὶ αὐτοῦ σαβία ἐκ βηρσαβεαί. ‡ καὶ ἐποίησεν ἰωὰς τὸ εὐθὲς ἐνώπιον κυρίου πάσας τὰς ἡμέρας ἰωιαδὲ &
3 ἱερέως. ‡ & ἔλαβεν αὐτῷ ἰωιαδὲ δύο γυναῖκας, & ἐγέν-
4 νησεν υἱὸς & θυγατέρας. ‡ & ἐγένετο μετὰ ταῦτα, καὶ ἐ-
γένετο ἐπὶ καρδίαν ἰωὰς & ἐπισκευάσαι τὸν οἶκον κυρίου.
5 ‡ & συνήγαγον τοὺς ἱερεῖς καὶ τοὺς λευίτας, & εἶπεν αὐ-
τοῖς, ἐξέλθετε εἰς τὰς πόλεις ἰούδα καὶ συναγάγετε ἀπὸ
παντὸς ἰσραὴλ ἀργύριον & κραταιῶσαι τὸν οἶκον κυρίου
& θεοῦ ὑμῶν ἀπὸ ἐνιαυτοῦ εἰς ἐνιαυτὸν κατ' ἐνιαυτόν· καὶ ὑμεῖς
ταχύατε & λαλῆσαι, & οὐκ ἐτάχυναν ⓗ λευῖται.
6 ‡ καὶ ἐκάλεσεν ὁ βασιλεὺς τὸν ἰωιαδὲ τὸν ἄρχοντα, &
εἶπεν αὐτῷ, διατί οὐκ ἐξεζήτησας περὶ τῶν λευιτῶν & εἰ-
σενεγκεῖν ἀπὸ ἰούδα & ἱερουσαλὴμ τὸ κεκελευσμένον λῆμμα
ὑπὸ μωυσῆ ἀνθρώπου τοῦ θεοῦ, ὅτε ἐξεκλησίασεν τὸν
ἰσραὴλ εἰς τὴν σκηνὴν & μαρτυρίου ἐν τῇ ἐρήμῳ;
7 ‡ ὅτι γοθολία υἱὸς ἀνόμου & ⓗ υἱοὶ αὐτῆς καθεῖλαν-
σαν τὸν οἶκον τοῦ θεοῦ, καί γε πάντα τὰ ἅγια οἴκου κυρίου
8 ἐποίησαν τοῖς βααλείμ. ‡ & εἶπεν ὁ βασιλεύς, γενη-
θήτω γλωσσόκομον & τεθήτω ἐν τῇ πύλῃ & οἴκου κυρίου
9 ἔξω. ‡ καὶ κηρυξάτωσαν ἐν ἰούδα & ἐν ἱερουσαλὴμ εἰσ-
ενεγκεῖν τῷ κυρίῳ, καθὼς εἶπεν μωυσῆς δοῦλος & θεοῦ
ἐπὶ τὸν ἰσραὴλ ἐν τῇ ἐρήμῳ.
10 ‡ & εὐφράνθησαν πάντες ⓗ ἄρχοντες καὶ πᾶς ὁ λαός,
καὶ εἰσέφερον καὶ ἐνέβαλον εἰς τὸ γλωσσόκομον ἕως &
ἐπλήρωσεν.
11 ‡ & ἐγένετο ἐν τῷ καιρῷ τοῦ ἐνεγκεῖν τὸ γλωσσόκομον
ἐπὶ τοῦ ἐπισκάτας & βασιλέως διὰ χειρὸς τῶν λευι-
τῶν, & ἡνίκα εἶδον ὅτι ἐπλεόνασε τὸ ἀργύριον, & ἦλθεν
ὁ γραμματεὺς & βασιλέως, & ὁ ἐπισκάτης & μεγάλου
ἱερέως, & ἐξεκένωσαν τὸ γλωσσόκομον, & ἦραν & κατέ-
σησαν αὐτὸν ἐπὶ τοῦ τόπου αὐτοῦ· οὕτως ἐποίουν ἡμέραν
ἐξ ἡμέρας, καὶ συνήγαγον ἀργύριον πολύ.
12 ‡ καὶ ἔδωκεν τὸ ἀργύριον ὁ βασιλεὺς & ἰωιαδὲ οἱ ἱερεῖς
τοῖς ποιοῦσι τὰ ἔργα εἰς τὴν ἐργασίαν οἴκου κυρίου, καὶ
ἐμισθοῦντο λατόμους & τέκτονας ἐπισκευάσαι τὸν οἶκον
κυρίου, καὶ τοῖς τέκτοσι χαλκοῦ & σιδήρου & κρα-
ταιῶσαι τὸν οἶκον κυρίου.
13 ‡ καὶ ἐποίουν ⓗ ποιοῦντες τὰ ἔργα, & ἀνέβη μηχ &
τῶν ἔργων ἐν χερσὶν αὐτῶν, & ἀνέστησαν τὸν οἶκον κυρίου
ἐπὶ τὴν στάσιν αὐτοῦ, καὶ ἠσφάλισαν & αὐτόν.
14 ‡ καὶ ἡνίκα συνετέλεσαν τὸν οἶκον, ἤνεγκαν τοῖς τὸν
βασιλέα & τοῖς ἰωιαδὲ τὸ κατάλοιπον & ἀργυρίου, &
ἐποίησαν αὐτὸ σκεύη εἰς τὸν οἶκον κυρίου, σκεύη λειτουργι-
κά, & τῶν ὁλοκαυτωμάτων, & θυΐσκας, καὶ σκεύη χρυσᾶ
& ἀργυρᾶ, καὶ ἤνεγκαν ὁλοκαυτώσεις ἐν τῷ οἴκῳ κυρίου
διαπαντὸς πάσας τὰς ἡμέρας ἰωιαδέ.

15 * וַיִּזְקַן יְהוֹיָדָע וַיִּשְׂבַּע יָמִים וַיָּמָת בֶּן־מֵאָה
וּשְׁלֹשִׁים שָׁנָה בְּמוֹתוֹ׃

16 * וַיִּקְבְּרֻהוּ בְעִיר־דָּוִיד עִם־הַמְּלָכִים כִּי־עָשָׂה
טוֹב בְּיִשְׂרָאֵל וְעִם־הָאֱלֹהִים וּבֵיתוֹ׃

17 * וְאַחֲרֵי מוֹת יְהוֹיָדָע בָּאוּ שָׂרֵי יְהוּדָה וַיִּשְׁתַּחֲווּ
לַמֶּלֶךְ אָז שָׁמַע הַמֶּלֶךְ אֲלֵיהֶם׃

18 * וַיַּעַזְבוּ אֶת־בֵּית יְהוָה אֱלֹהֵי אֲבוֹתֵיהֶם
וַיַּעַבְדוּ אֶת־הָאֲשֵׁרִים וְאֶת־הָעֲצַבִּים וַיְהִי־
קֶצֶף עַל־יְהוּדָה וִירוּשָׁלִַם בְּאַשְׁמָתָם זֹאת׃

19 * וַיְשַׁלַּח בָּהֶם נְבִיאִים לַהֲשִׁיבָם אֶל־
יְהוָה וַיָּעִידוּ בָם וְלֹא הֶאֱזִינוּ׃

20 * וְרוּחַ אֱלֹהִים לָבְשָׁה אֶת־זְכַרְיָה בֶּן־יְהוֹיָדָע
הַכֹּהֵן וַיַּעֲמֹד מֵעַל לָעָם וַיֹּאמֶר לָהֶם כֹּה׀ אָמַר
הָאֱלֹהִים לָמָּה אַתֶּם עֹבְרִים אֶת־מִצְוֹת יְהוָה וְלֹא
תַצְלִיחוּ כִּי־עֲזַבְתֶּם אֶת־יְהוָה וַיַּעֲזֹב אֶתְכֶם׃

21 * וַיִּקְשְׁרוּ עָלָיו וַיִּרְגְּמֻהוּ אֶבֶן בְּמִצְוַת הַמֶּלֶךְ
בַּחֲצַר בֵּית יְהוָה׃

22 * וְלֹא־זָכַר יוֹאָשׁ הַמֶּלֶךְ הַחֶסֶד אֲשֶׁר עָשָׂה
יְהוֹיָדָע אָבִיו עִמּוֹ וַיַּהֲרֹג אֶת־בְּנוֹ וּבְמוֹתוֹ אָמַר
יֵרֶא יְהוָה וְיִדְרֹשׁ׃

23 * וַיְהִי לִתְקוּפַת הַשָּׁנָה עָלָה עָלָיו חֵיל
אֲרָם וַיָּבֹאוּ אֶל־יְהוּדָה וִירוּשָׁלִַם וַיַּשְׁחִיתוּ
אֶת־כָּל־שָׂרֵי הָעָם מֵעָם וְכָל־שְׁלָלָם שִׁלְחוּ
לְמֶלֶךְ דַּרְמֶשֶׂק׃

24 * כִּי׀ בִּמְצַעַר אֲנָשִׁים בָּאוּ חֵיל אֲרָם וַיהוָה
נָתַן בְּיָדָם חַיִל לָרָב מְאֹד כִּי עָזְבוּ אֶת־יְהוָה
אֱלֹהֵי אֲבוֹתֵיהֶם וְאֶת־יוֹאָשׁ עָשׂוּ שְׁפָטִים׃

25 * וּבְלֶכְתָּם מִמֶּנּוּ כִּי־עָזְבוּ אֹתוֹ בְּמַחֲלֻיִים
רַבִּים הִתְקַשְּׁרוּ עָלָיו עַבְדָיו בִּדְמֵי בְנֵי יְהוֹיָדָע
הַכֹּהֵן וַיַּהַרְגֻהוּ עַל־מִטָּתוֹ וַיָּמָת וַיִּקְבְּרֻהוּ בְּעִיר
דָּוִיד וְלֹא קְבָרֻהוּ בְּקִבְרוֹת הַמְּלָכִים׃

26 * וְאֵלֶּה הַמִּתְקַשְּׁרִים עָלָיו זָבָד בֶּן־שִׁמְעָת
הָעַמֹּנִית וִיהוֹזָבָד בֶּן־שִׁמְרִית הַמּוֹאֲבִית׃

27 * וּבָנָיו וְרֹב הַמַּשָּׂא עָלָיו וִיסוֹד בֵּית הָאֱלֹהִים
הִנָּם כְּתוּבִים עַל־מִדְרַשׁ סֵפֶר הַמְּלָכִים וַיִּמְלֹךְ
אֲמַצְיָהוּ בְנוֹ תַּחְתָּיו׃

15 * Senuit autem Ioiada plenus dierum, & mortuus est cùm centum triginta esset annorum.

16 * Sepelierúntque eum in ciuitate Dauid cum regibus, eo quòd fecisset bonum cum Israel & cum domo eius.

17 * Postquam autẽ obiit Ioiada, ingressi sunt principes Iuda, & adorauerunt regem. qui delinitus obsequiis eorum acquieuit eis.

18 * Et dereliquerunt templum Domini Dei patrum suorum, seruierúntque lucis & sculptilibus, & facta est ira Domini contra Iudam & Hierusalem propter hoc
19 peccatum. * Mittebátq; eis prophetas vt reuerterétur ad Dominum, quos protestantes illi audire nolebant.

20 * Spiritus itaq; Dei induit Zachariam filium Ioiadę sacerdotem, & stetit in conspectu populi, & dixit eis: Hæc dicit Dominus Deus, Quare transgredimini præceptum Domini quod vobis non proderit, & dereliquistis Dominum vt derelin-
21 queret vos? * Qui congregati aduersus
F eum, miserunt lapides iuxta regis imperium in atrio domus Domini.

22 * Et non est recordatus Ioas rex misericordiæ quam fecerat Ioiada pater illius secum, sed interfecit filium eius. Qui cùm moreretur, ait: Videat Dñs & requirat.

23 * Cúmque euolutus esset annus, ascendit contra eum exercitus Syriæ, venítque in Iudam & Hierusalem, & interfecit cunctos principes populi, atque vniuersam prædam miserunt regi in Damascum.

24 * Et certè cùm permodicus veniisset numerus Syrorũ, tradidit Dominus in manibus eorũ infinitam multitudinem, eo quòd dereliquissent Dominũ Deum patrum suorum. In Ioas quoque ignominiosa exercuere iudicia.

25 * Et abeuntes dimiserunt eum in languoribus magnis. Surrexerunt autẽ con-
G tra eum serui sui in vltionem sanguinis filij Ioiadę sacerdotis, & occiderũt eum in lectulo suo, & mortuus est; sepelierúntq; eum in ciuitate Dauid, sed non in sepulchris regum. 26 * Insidiati verò sunt ei Zabath filius Semath Ammanitidis, & Iosabath filius Semarith Moabitidis.

27 * Porrò filij eius ac summa pecunię quę adunata fuerat sub eo, & instauratio domus Dei scripta sunt diligentius in libro Regum. Regnauit autem Amasias filius eius pro eo.

* *Et senuit Joiade, & fuit plenus dierum,* 15
& mortuus est filius existens centum & triginta annorum cùm finiuit ipse.

* *Et sepelierant eum in ciuitate Dauid cum* 16
regibus, quoniam fecit bonitatem cum Israel, & cum Deo & domo eius.

* *Et factum est post mortem Joiadæ ingressi* 17
sunt principes Juda, & adorauerunt regem: tunc audiuit eos rex.

* *Et dereliquerunt domum Domini Dei pa-* 18
trum suorum, & seruierunt Astartæ & idolis; & facta est ira in Judam & in Hierusalem in peccato suo.

* *Et misit Dominus ad eos prophetas vt* 19
conuerterent eos ad Dominum, & protestabantur eis, & non audierunt.

* *Et spiritus Dei induit Zachariam filium* 20
Joiadæ sacerdotis, & stetit supra populum, & dixit eis, Hæc dixit Dominus, quare vos transgredimini præcepta Domini? & non prosperi eritis, quoniam dereliquistis Dominum, & derelinquet vos.

* *Et surrexerunt contra eum, & lapidauerunt* 21
eum lapidibus per præceptum Joas regis in atrio domus Domini.

* *Et non est recordatus Ioas rex misericor-* 22
diæ quam fecit Ioiade pater illius secum, & interfecit filium eius: cùm autem moriebatur, dixit, Videat Dominus & iudicet.

* *Et factum est in finem anni, ascendit con-* 23
tra Joas exercitus Syriæ, & venerunt in Judam & in Hierusalem, & interfecerunt omnes principes populi de populo, & vniuersa spolia eorum miserunt regi Damasci.

* *Quoniam in paucis viris venerunt exer-* 24
citus Syriæ, & Dominus tradidit in manibus eorum exercitum multum nimis, quoniam dereliquerunt Dominum Deum patrum suorum, & cum Joas fecerunt iudicia.

* *Et postquam abierunt ipsi ab eo, relique-* 25
runt eum in ægritudine magna, et surrexerunt contra Joas serui sui in sanguine filiorum Joiadæ sacerdotis, & interfecerunt eum in lecto suo & mortuus est, & sepelierunt eum in ciuitate Dauid, & non sepelierunt eum in sepulchro regum.

* *Et qui insurrexerunt contra eum Zabad* 26
filius Samaath Ammanitidis, & Jozabed filius Samarith Moabitidis.

* *Et filij eius, & plures assumptiones con-* 27
tra eum, & fundamentum domus Dei, & reliqua, ecce sunt scripta in scriptura libri regum, & regnauit Amesias filius eius pro eo.

15 * καὶ ἐγήρασεν ἰωιαδέ, καὶ ἦν πλήρης ἡμερῶν, καὶ ἐτελεύτησεν ὢν ἑκατὸν καὶ τριάκοντα ἐτῶν ἐν τῷ τελευτῆσαι αὐτόν.

16 * καὶ ἔθαψαν αὐτὸν ἐν πόλει δαυὶδ μετὰ τῶν βασιλέων, ὅτι ἐποίησεν ἀγαθωσύνην μετὰ ἰσραὴλ, καὶ μετὰ θεοῦ καὶ τοῦ οἴκου αὐτοῦ.

17 * Καὶ ἐγένετο μετὰ τὴν τελευτὴν ἰωιαδὲ εἰσῆλθον οἱ ἄρχοντες ἰούδα, καὶ προσεκύνησαν τῷ βασιλεῖ, τότε ἤκουσεν αὐτῶν ὁ βασιλεύς.

18 * καὶ ἐγκατέλιπον τὸν οἶκον κυρίου τοῦ θεοῦ τῶν πατέρων αὐτῶν, καὶ ἐλάτρευσαν τῇ ἀσταρτῇ καὶ τοῖς εἰδώλοις, καὶ ἐγένετο ὀργὴ ἐπὶ ἰούδαν, καὶ ἐπὶ ἱερουσαλὴμ ἐν τῇ πλημμελείᾳ αὐτῶν.

19 * καὶ ἀπέστειλε κύριος πρὸς αὐτοὺς προφήτας ἐπιστρέψαι αὐτοὺς πρὸς κύριον· καὶ διεμαρτύραντο αὐτοῖς, καὶ οὐκ ἤκουσαν.

20 * καὶ πνεῦμα θεοῦ ἐνέδυσε τὸν ζαχαρίαν τὸν τοῦ ἰωιαδὲ τοῦ ἱερέως, καὶ ἀνέστη ἐπάνω λαοῦ, καὶ εἶπεν αὐτοῖς, τάδε λέγει κύριος, ἱνατί ὑμεῖς παραπορεύεσθε τὰς ἐντολὰς κυρίου; καὶ οὐκ εὐοδωθήσεσθε, ὅτι ἐγκατελείπατε τὸν κύριον, καὶ ἐγκαταλείψει ὑμᾶς.

21 * καὶ ἐπέθεντο αὐτῷ, καὶ ἐλιθοβόλησαν αὐτὸν λίθοις διὰ ἐντολῆς ἰωὰς τοῦ βασιλέως ἐν αὐλῇ οἴκου κυρίου.

22 * καὶ οὐκ ἐμνήσθη ἰωὰς ὁ βασιλεὺς τὸ ἔλεος ὃ ἐποίησεν ἰωιαδὲ ὁ πατὴρ αὐτοῦ μετ' αὐτοῦ, καὶ ἐθανάτωσε τὸν υἱὸν αὐτοῦ· ὡς δὲ ἀπέθνησκεν, εἶπεν, ἴδοι κύριος καὶ κρίναι.

23 * καὶ ἐγένετο εἰς σωτηρίαν ἐνιαυτοῦ, ἀνέβη ἐπ' αὐτὸν ἰωὰς δυνάμεις συρίας, καὶ ἦλθον ἐπὶ ἰούδαν καὶ ἐπὶ ἱερουσαλήμ, καὶ διέφθειραν πάντας τοὺς ἄρχοντας τοῦ λαοῦ ἐκ τοῦ λαοῦ, καὶ πάντα τὰ σκῦλα αὐτῶν ἀπέστειλαν τῷ βασιλεῖ δαμασκοῦ.

24 * ὅτι ἐν ὀλίγοις ἀνδράσιν ἦλθον δυνάμεις συρίας, καὶ ὁ κύριος παρέδωκεν εἰς τὰς χεῖρας αὐτῶν δυνάμιν πολλὴν σφόδρα, ὅτι ἐγκατέλιπον κύριον τὸν θεὸν τῶν πατέρων αὐτῶν, καὶ ἰωὰς ἐποίησαν κρίματα.

25 * καὶ μετὰ τὸ ἀπελθεῖν αὐτοὺς ἀπ' αὐτοῦ, κατέλιπον αὐτὸν ἐν ἀρρωσίᾳ μεγάλῃ, καὶ ἐπέθεντο τῷ ἰωὰς οἱ παῖδες αὐτοῦ ἐν αἵμασι τῶν υἱῶν ἰωιαδὲ τοῦ ἱερέως, καὶ ἐθανάτωσαν αὐτὸν ἐπὶ τῆς κλίνης αὐτοῦ καὶ ἀπέθανεν, καὶ ἔθαψαν αὐτὸν ἐν πόλει δαυίδ, καὶ οὐκ ἔθαψαν αὐτὸν ἐν τάφῳ τῶν βασιλέων.

26 * καὶ οἱ ἐπιθέμενοι ἐπ' αὐτὸν ζαβὰδ υἱὸς σαμαὰθ τῆς ἀμμανίτιδος, καὶ ἰωζαβὲδ υἱὸς σαμαρὶθ τῆς μωαβίτιδος.

27 * καὶ υἱοὶ αὐτοῦ, καὶ πλῆσα λήμματα κατ' αὐτοῦ, καὶ ἡ ἐπιμελείωσις οἴκου τοῦ θεοῦ, καὶ τὰ λοιπὰ ἰδοὺ ἐστὶ γεγραμμένα ἐπὶ τὴν γραφὴν βιβλίου τῶν βασιλέων, καὶ ἐβασίλευσεν ἀμεσίας υἱὸς αὐτοῦ ἀντ' αὐτοῦ.

כה

CAP. XXV.

1 בֶּן־עֶשְׂרִים וְחָמֵשׁ שָׁנָה מָלַךְ
אֲמַצְיָהוּ וְעֶשְׂרִים וְתֵשַׁע שָׁנָה מָלַךְ בִּירוּשָׁלִָם
וְשֵׁם אִמּוֹ יְהוֹעַדָּן מִירוּשָׁלִָם׃

1 VIginti quinque annorum erat Amasias cùm regnare cœpisset, & viginti
A nouẽ annis regnauit in Hierusalem. Nomen matris eius Ioiadem de Hierusalem.

2 וַיַּעַשׂ הַיָּשָׁר בְּעֵינֵי יְהוָה רַק לֹא בְלֵבָב
שָׁלֵם׃

2 * Fecítque bonum in conspectu Domini, veruntamen nõ in corde perfecto.

3 וַיְהִי כַּאֲשֶׁר חָזְקָה הַמַּמְלָכָה עָלָיו
וַיַּהֲרֹג אֶת־עֲבָדָיו הַמַּכִּים אֶת־הַמֶּלֶךְ אָבִיו׃

3 * Cúmque roboratum sibi videret imperium, iugulauit seruos qui occiderant regem patrem suum.

4 וְאֶת־בְּנֵיהֶם לֹא הֵמִית כִּי כַּכָּתוּב בַּתּוֹרָה
בְּסֵפֶר מֹשֶׁה אֲשֶׁר־צִוָּה יְהוָה לֵאמֹר לֹא־יָמוּתוּ
אָבוֹת עַל־בָּנִים וּבָנִים לֹא־יָמוּתוּ עַל־אָבוֹת
כִּי אִישׁ בְּחֶטְאוֹ יָמוּתוּ׃

4 * Sed filios eorum non interfecit, sicut scriptum est in libro legis Moysi, vbi prę-
B cepit Dominus, dicens: Non occidentur patres pro filiis, neq; filij ꝓ patribus suis, sed vnusquisque in suo peccato morietur.

5 וַיִּקְבֹּץ אֲמַצְיָהוּ אֶת־יְהוּדָה וַיַּעֲמִידֵם
לְבֵית־אָבוֹת לְשָׂרֵי הָאֲלָפִים וּלְשָׂרֵי הַמֵּאוֹת
לְכָל־יְהוּדָה וּבִנְיָמִן וַיִּפְקְדֵם לְמִבֶּן עֶשְׂרִים
שָׁנָה וָמַעְלָה וַיִּמְצָאֵם שְׁלֹשׁ־מֵאוֹת אֶלֶף
בָּחוּר יוֹצֵא צָבָא אֹחֵז רֹמַח וְצִנָּה׃

5 * Congregauit igitur Amasias Iudam, & constituit eos per familias, tribunósq; & centuriones in vniuerso Iuda & Beniamin, & recensuit à viginti annis sursum, inuenítque trecenta millia iuuenum qui egrederentur ad pugnam & tenerent hastam & clypeum.

6 וַיִּשְׂכֹּר מִיִּשְׂרָאֵל מֵאָה אֶלֶף גִּבּוֹר חָיִל
בְּמֵאָה כִכַּר־כָּסֶף׃

6 * Mercede quoque conduxit de Israel centum millia robustorum, centum talentis argenti.

7 וְאִישׁ הָאֱלֹהִים בָּא אֵלָיו
לֵאמֹר הַמֶּלֶךְ אַל־יָבוֹא עִמְּךָ צְבָא יִשְׂרָאֵל כִּי
אֵין יְהוָה עִם־יִשְׂרָאֵל כָּל בְּנֵי אֶפְרָיִם׃

7 * Venit autem homo Dei ad illum, & ait, O rex ne egrediatur tecum exercitus
C Israel. non est enim Dominus cum Israel & cunctis filiis Ephraim.

8 כִּי אִם־בֹּא אַתָּה עֲשֵׂה חָזָק לַמִּלְחָמָה
יַכְשִׁילְךָ הָאֱלֹהִים לִפְנֵי אוֹיֵב כִּי יֶשׁ־כֹּחַ בֵּאלֹהִים
לַעְזוֹר וּלְהַכְשִׁיל׃

8 * Quòd si putas in robore exercitus bella consistere, superati te faciet Deus ab hostibus. Dei quippe est & adiuuare & in fugam conuertere.

9 וַיֹּאמֶר אֲמַצְיָהוּ לְאִישׁ
הָאֱלֹהִים וּמַה־לַּעֲשׂוֹת לְמֵאַת הַכִּכָּר אֲשֶׁר
נָתַתִּי לְגְדוּד יִשְׂרָאֵל וַיֹּאמֶר אִישׁ הָאֱלֹהִים יֵשׁ
לַיהוָה לָתֶת לְךָ הַרְבֵּה מִזֶּה׃

9 * Dixítque Amasias ad hominem Dei: Quid ergo fiet de centum talẽtis quæ dedi militibus Israel? Et respondit ei homo Dei, Habet Dominus vnde tibi dare possit multò his plura.

10 וַיַּבְדִּילֵם
אֲמַצְיָהוּ לַהֲגְדוּד אֲשֶׁר־בָּא אֵלָיו מֵאֶפְרַיִם לָלֶכֶת
לִמְקוֹמָם וַיִּחַר אַפָּם מְאֹד בִּיהוּדָה וַיָּשׁוּבוּ
לִמְקוֹמָם בָּחֳרִי־אָף׃

10 * Separauit itaque Amasias exercitum qui venerat ad eum ex Ephraim, vt reuerteretur in locum suum. At illi contra Iudam vehementer irati, reuersi sunt in regionem suam.

11 וַאֲמַצְיָהוּ הִתְחַזֵּק וַיִּנְהַג אֶת־עַמּוֹ וַיֵּלֶךְ גֵּיא
הַמֶּלַח וַיַּךְ אֶת־בְּנֵי־שֵׂעִיר עֲשֶׂרֶת אֲלָפִים׃

11 * Porrò Amasias confidenter duxit populum suũ, & abiit in Vallem salinarum, percussítque filios Seyr decem millia.

12 וַעֲשֶׂרֶת אֲלָפִים חַיִּים שָׁבוּ בְּנֵי יְהוּדָה
וַיְבִיאוּם לְרֹאשׁ הַסֶּלַע וַיַּשְׁלִיכוּם מֵרֹאשׁ־
הַסֶּלַע וְכֻלָּם נִבְקָעוּ׃

12 * Et alia decem millia virorum ceperunt filij Iuda, & adduxerunt ad prærunt
D ptum cuiusdam petræ, præcipitauerúntq; eos de summo in præceps, qui vniuersi crepuerunt.

13 וּבְנֵי הַגְּדוּד אֲשֶׁר הֵשִׁיב אֲמַצְיָהוּ מִלֶּכֶת עִמּוֹ
לַמִּלְחָמָה וַיִּפְשְׁטוּ בְּעָרֵי יְהוּדָה מִשֹּׁמְרוֹן וְעַד־
בֵּית חוֹרוֹן וַיַּכּוּ מֵהֶם שְׁלֹשֶׁת אֲלָפִים וַיָּבְזּוּ
בִּזָּה רַבָּה׃

13 * At ille exercitus quẽ remiserat Amasias, ne secum iret ad prælium, diffusus est in ciuitatibus Iuda, à Samaria vsque Bethoron, & interfectis tribus millibus diripuit prædam magnam.

CAP. XXV.

Filius existens viginti & quinque annorum Ameſias cùm regnaret ipſe, & viginti & nouem annis regnauit in Hieruſalem, & nomen matri eius Ioadin ex Hieruſalem. 1

Et fecit rectum coram Domino, ſed non in corde perfecto. 2

Et factum eſt poſtquam firmatum fuit regnum eius in manu eius, & interfecit ſeruos ſuos qui interfecerunt regem patrem ſuum. 3

Et filios eorum non interfecit ſecundum fœdus legis Domini, ſicut ſcriptum eſt in lege Moyſi, ſicut præcepit Dominus, dicens: Non morientur patres pro filiis, & filij non morientur pro patribus, ſed vnuſquiſque in peccato ſuo morietur. 4

Et congregauit Ameſias domum Iuda, & conſtituit eos per domos familiarum eorum in tribunos et cẽturiones in vniuerſo Iuda et Beniamin, & recenſuit eos à viginti annis & ſupra, & inuenit eos trecenta millia potentium qui egrederentur in pugnam qui tenerent haſtam & clypeum. 5

Et mercede conduxit de Iſrael centum millia robuſtorum fortitudine centum talentis argenti. 6

Et homo Dei venit ad eum, dicens: Rex, non eat tecum exercitus Iſrael, quoniam non eſt Dominus cum Iſrael cunctis filiis Ephraim. 7

Quoniam ſi putes prævalere in his in bello, in fugam vertet Dominus coram inimicis, quoniam eſt fortitudo Domino vt adiuuet, & in fugam vertat. 8

Et dixit Ameſias homini Dei, Et quid faciam centum talentis quæ dedi exercitui Iſrael? & dixit homo Dei, Eſt Domino dare tibi plura his. 9

Et ſeparauit Ameſias exercitum qui venit ad eum ab Ephraim, vt abiret in locum ſuum, & irati ſunt furore ſuo valde contra Iudam, & reuerſi ſunt in locum ſuum in ira furoris. 10

Et Ameſias confortatus eſt & accepit populum ſuum, & iuit in Vallem ſalinarum, & percuſſit illic filios Seir decem millia. 11

Et decem millia ceperunt viuos filij Iuda, & attulerunt eos in ſummitatem præcipitij, & præcipitabãt eos à ſummitate præcipitij, & omnes interrupti ſunt. 12

Et filij exercitus quos remiſerat Ameſias ne irent cum ipſo in prælium, impoſiti ſunt in ciuitatibus Iuda à Samaria & vſque ad Bethoron, & percuſſerunt in eis tria millia, & ſpoliauerunt ſpolia multa. 13

κέ.

1 Υἱὸς ὢν εἴκοσι καὶ πέντε ἐτῶν ἀμεσίας ἐν τῷ βασιλεύειν αὐτόν, καὶ εἴκοσι καὶ ἐννέα ἔτη ἐβασίλευσεν ἐν ἱερουσαλήμ, καὶ ὄνομα τῇ μητρὶ αὐτοῦ ἰωδαεὶν ἐξ ἱερουσαλήμ.

2 καὶ ἐποίησεν τὸ εὐθὲς ἐνώπιον κυρίου, ἀλλὰ οὐκ ἐν καρδίᾳ πλήρει.

3 καὶ ἐγένετο ὡς κατέσχη ἡ βασιλεία αὐτοῦ ἐν χειρὶ αὐτοῦ, καὶ ἐθανάτωσεν τοὺς παῖδας αὐτοῦ τοὺς φονεύσαντας τὸν βασιλέα τὸν πατέρα αὐτοῦ.

4 καὶ τοὺς υἱοὺς αὐτῶν οὐκ ἀπέκτεινε κατὰ τὴν διαθήκην τοῦ νόμου κυρίου, καθὼς γέγραπται ἐν νόμῳ μωυσῆ, ὡς ἐνετείλατο κύριος λέγων, οὐκ ἀποθανοῦνται πατέρες ὑπὲρ τέκνων καὶ υἱοὶ οὐκ ἀποθανοῦνται ὑπὲρ πατέρων, ἀλλ' ἢ ἕκαστος ἐν τῇ ἁμαρτίᾳ αὐτοῦ ἀποθανεῖται.

5 καὶ συνήγαγεν ἀμεσίας τὸν οἶκον ἰούδα καὶ ἔστησεν αὐτοὺς κατ' οἴκους πατριῶν αὐτῶν εἰς χιλιάρχους, καὶ ἑκατοντάρχοις ἐν παντὶ ἰούδα καὶ βενιαμίν· καὶ ἐπεσκέψατο αὐτοὺς ἀπὸ εἰκοσαέτους καὶ ἐπάνω, καὶ εὗρεν αὐτοὺς τριακοσίας χιλιάδας δυνατῶν ἐξερχομένων εἰς πόλεμον, κρατούντων δόρυ καὶ θυρεόν.

6 καὶ ἐμισθώσατο ἀπὸ ἰσραὴλ ἑκατὸν χιλιάδας δυνατῶν ἰσχύϊ ἑκατὸν ταλάντων ἀργυρίου.

7 καὶ ἄνθρωπος θεοῦ ἦλθε πρὸς αὐτὸν λέγων, βασιλεῦ μὴ πορευέσθω μετὰ σοῦ δυνάμις ἰσραήλ, ὅτι οὐκ ἔστι κύριος μετὰ ἰσραὴλ πάντων τῶν υἱῶν ἐφραΐμ.

8 ὅτι ἐὰν ὑπολάβῃς σοῦ καλισχύσαι ἐν τούτοις ἐν τῷ πολέμῳ, τροπώσει κύριος ἐναντίον τῶν ἐχθρῶν, ὅτι ἔστιν ἰσχὺς τῷ κυρίῳ σοῦ βοηθῆσαι καὶ τροπώσασθαι.

9 καὶ εἶπεν ἀμεσίας τῷ ἀνθρώπῳ θεοῦ, καὶ τί ποιήσω τοῖς ἑκατὸν ταλάντοις οἷς ἔδωκα τῇ δυνάμει ἰσραήλ; καὶ εἶπεν ὁ ἄνθρωπος τοῦ θεοῦ, ἔστι τῷ κυρίῳ δοῦναί σοι πλείω τούτων.

10 καὶ διεχώρισεν ἀμεσίας τὴν δύναμιν τὴν ἐλθοῦσαν πρὸς αὐτὸν ἀπὸ ἐφραΐμ, ἀπελθεῖν εἰς τὸν τόπον αὐτῶν· καὶ ἐθυμώθησαν τῇ ὀργῇ αὐτῶν σφόδρα ἐπὶ ἰούδαν, καὶ ἐπέστρεψαν εἰς τὸν τόπον αὐτῶν ἐν ὀργῇ θυμοῦ.

11 καὶ ἀμεσίας κατίσχυσε καὶ παρέλαβε τὸν λαὸν αὐτοῦ καὶ ἐπορεύθη εἰς τὴν κοιλάδα τῶν ἁλῶν, καὶ ἐπάταξεν ἐκεῖ υἱοὺς σηὶρ δέκα χιλιάδας.

12 καὶ δέκα χιλιάδας ἐζώγρησαν οἱ υἱοὶ ἰούδα, καὶ ἤνεγκαν αὐτοὺς ἐπὶ τὸ ἄκρον τοῦ κρημνοῦ, καὶ κατεκρήμνιζον αὐτοὺς ἀπὸ τοῦ ἄκρου τοῦ κρημνοῦ, καὶ πάντες διερρήγνυντο.

13 καὶ οἱ υἱοὶ τῆς δυνάμεως οὓς ἀπέστρεψεν ἀμεσίας τοῦ μὴ πορευθῆναι μετ' αὐτοῦ εἰς πόλεμον, ἐπέθεντο ἐπὶ τὰς πόλεις ἰούδα ἀπὸ σαμαρείας καὶ ἕως βαιθωρών· καὶ ἐπάταξαν ἐν αὐτοῖς τρεῖς χιλιάδας, καὶ ἐσύλευσαν σκῦλα πολλά.

14 * וַיְהִי אַחֲרֵי בֹּוא אֲמַצְיָהוּ מֵהַכּוֹת אֶת־
אֱדוֹמִים וַיָּבֵא אֶת־אֱלֹהֵי בְּנֵי שֵׂעִיר וַיַּעֲמִידֵם לוֹ
לֵאלֹהִים וְלִפְנֵיהֶם יִשְׁתַּחֲוֶה וְלָהֶם יְקַטֵּר׃

15 * וַיִּחַר־אַף יְהוָה בַּאֲמַצְיָהוּ וַיִּשְׁלַח אֵלָיו נָבִיא
וַיֹּאמֶר אֵלָיו לָמָּה דָרַשְׁתָּ אֶת־אֱלֹהֵי הָעָם אֲשֶׁר
16 לֹא־הִצִּילוּ אֶת־עַמָּם מִיָּדֶךָ׃ * וַיְהִי בְּדַבְּרוֹ
אֵלָיו וַיֹּאמֶר לוֹ הֲלִיועֵץ לַמֶּלֶךְ נְתַּנּוֹךָ חֲדַל־לָךְ
לָמָּה יַכּוּךָ וַיֶּחְדַּל הַנָּבִיא וַיֹּאמֶר יָדַעְתִּי כִּי־יָעַץ
אֱלֹהִים לְהַשְׁחִיתֶךָ כִּי־עָשִׂיתָ זֹאת וְלֹא שָׁמַעְתָּ
17 לַעֲצָתִי׃ * וַיִּוָּעַץ אֲמַצְיָהוּ מֶלֶךְ יְהוּדָה וַיִּשְׁלַח
אֶל־יוֹאָשׁ בֶּן־יְהוֹאָחָז בֶּן־יֵהוּא מֶלֶךְ יִשְׂרָאֵל לֵאמֹר
18 לְכָה נִתְרָאֶה פָּנִים׃ * וַיִּשְׁלַח יוֹאָשׁ מֶלֶךְ־
יִשְׂרָאֵל אֶל־אֲמַצְיָהוּ מֶלֶךְ־יְהוּדָה לֵאמֹר הַחוֹחַ
אֲשֶׁר בַּלְּבָנוֹן שָׁלַח אֶל־הָאֶרֶז אֲשֶׁר בַּלְּבָנוֹן לֵאמֹר
תְּנָה אֶת־בִּתְּךָ לִבְנִי לְאִשָּׁה וַתַּעֲבֹר חַיַּת הַשָּׂדֶה
19 אֲשֶׁר בַּלְּבָנוֹן וַתִּרְמֹס אֶת־הַחוֹחַ׃ * אָמַרְתָּ
הִנֵּה הִכִּיתָ אֶת־אֱדוֹם וּנְשָׂאֲךָ לִבְּךָ לְהַכְבִּיד עַתָּה
שְׁבָה בְּבֵיתֶךָ לָמָּה תִתְגָּרֶה בְרָעָה וְנָפַלְתָּ אַתָּה
20 וִיהוּדָה עִמָּךְ׃ * וְלֹא־שָׁמַע אֲמַצְיָהוּ כִּי מֵהָאֱלֹהִים
הָיָה לְמַעַן תִּתָּם בְּיָד כִּי דָרְשׁוּ אֶת אֱלֹהֵי אֱדוֹם׃
21 * וַיַּעַל יוֹאָשׁ מֶלֶךְ־יִשְׂרָאֵל וַיִּתְרָאוּ פָּנִים הוּא
וַאֲמַצְיָהוּ מֶלֶךְ־יְהוּדָה בְּבֵית שֶׁמֶשׁ אֲשֶׁר לִיהוּדָה׃
22 * וַיִּנָּגֹף יְהוּדָה לִפְנֵי יִשְׂרָאֵל וַיָּנֻסוּ אִישׁ
23 לְאָהָלָיו׃ * וְאֶת־אֲמַצְיָהוּ מֶלֶךְ־יְהוּדָה בֶּן־
יוֹאָשׁ בֶּן־יְהוֹאָחָז תָּפַשׂ יוֹאָשׁ מֶלֶךְ־יִשְׂרָאֵל בְּבֵית
שֶׁמֶשׁ וַיָּבֹא יְרוּשָׁלַם וַיִּפְרֹץ בְּחוֹמַת יְרוּשָׁלַם
מִשַּׁעַר אֶפְרַיִם עַד־שַׁעַר הַפִּנָּה אַרְבַּע מֵאוֹת
24 אַמָּה׃ * וְכָל־הַזָּהָב וְהַכֶּסֶף וְאֶת כָּל־הַכֵּלִים
הַנִּמְצְאִים בְּבֵית־הָאֱלֹהִים עִם־עֹבֵד אֱדֹם
וְאֶת־אֹצְרוֹת בֵּית הַמֶּלֶךְ וְאֶת בְּנֵי הַתַּעֲרֻבוֹת
25 וַיָּשָׁב שֹׁמְרוֹן׃ * וַיְחִי אֲמַצְיָהוּ בֶן־יוֹאָשׁ מֶלֶךְ
יְהוּדָה אַחֲרֵי מוֹת יוֹאָשׁ בֶּן־יְהוֹאָחָז מֶלֶךְ יִשְׂרָאֵל
26 חֲמֵשׁ עֶשְׂרֵה שָׁנָה׃ * וְיֶתֶר דִּבְרֵי אֲמַצְיָהוּ
הָרִאשֹׁנִים וְהָאַחֲרוֹנִים הֲלֹא הִנָּם כְּתוּבִים
עַל־סֵפֶר מַלְכֵי יְהוּדָה וְיִשְׂרָאֵל׃
27 * וּמֵאֲשֶׁר־סָר אֲמַצְיָהוּ מֵאַחֲרֵי יְהוָה
וַיִּקְשְׁרוּ עָלָיו קֶשֶׁר בִּירוּשָׁלַם וַיָּנָס לָכִישָׁה וַיְשַׁלְּחוּ
אַחֲרָיו לָכִישָׁה וַיְמִיתֻהוּ שָׁם׃

14 * Amasias quoq; post cædem Idumęorum & allatos deos filiorum Seyr, statuit illos in deos sibi, & adorabat eos, & illis adolebat incensum.

15 * Quamobrem iratus Dominus contra Amasiam misit ad illum prophetam qui
E diceret ei: Cur adorasti deos qui non liberauerunt populum suũ de manu tua?

16 * Cúmq; hæc ille loqueretur, Respondit ei: Num cõsiliarius regis es? Quiesce, ne interficiam te. Discedensque propheta, scio, inquit, quòd cogitauerit Deus occidere te, qui & fecisti hoc malum, & insuper non acquieuisti consilio meo.

17 * Igitur Amasias rex Iuda inito pessimo consilio misit ad Ioas filium Ioachaz filij Iehu regem Israel, dicẽs: Veni videamus nos mutuò. 4. Reg. 14. c

18 * At ille remisit nuncios, dicens: Carduus qui est in Libano, misit ad cedrum
F Libani, dicens: Da filiam tuam filio meo vxorem. Et ecce bestiæ quæ erant in sylua Libani, trásierũt & cõculcauerũt carduũ.

19 * Dixisti, Percussi Edom, & idcirco erigitur cor tuum in superbiam. sede in domo tua. Cur malum aduersum te prouocas, vt cadas & tu, & Iudas tecum?

20 * Noluit autẽ audire Amasias, eo quòd Dei esset voluntas, vt traderetur in manus hostium propter deos Edom.

21 * Ascendit igitur Ioas rex Israel, & mutuos sibi præbuere conspectus. Amasias autem rex Iuda erat in Bethsames Iudæ.

22 * Corruítque Iudas coram Israel, & fugit in tabernacula sua.

23 * Porrò Amasiam regem Iuda filium Ioas filij Ioachaz cepit Ioas rex Israel in Bethsames, & adduxit in Hierusalem, de-
G struxítque murum eius à porta Ephraim vsque ad portam anguli quadringentis cubitis.

24 * Omne quoque aurum & argentum, & vniuersa vasa quæ repererat in domo Dei, & apud Obed-edom, in thesauris etiam domus regiæ, nécnon & filios obsidum reduxit in Samariam.

25 * Vixit autem Amasias filius Ioas rex Iuda, postquam mortuus est Ioas filius Ioachaz rex Israel, quindecim annis.

26 * Reliqua autem sermonum Amasiæ priorum & nouissimorum scripta sunt in libro Regum Iuda & Israel.

27 * Qui postquam recessit à Domino, tetenderunt ei insidias in Hierusalem. Cumque fugisset Lachis, miserunt & interfecerunt eum ibi.

14 * Et factum est postquam venit Amesias qui percussit Idumæam, & intulit ad se deos filiorum Seir, & constituit eos sibi in deos, & in conspectu eorum adorabat, & eis adolebat.

15 * Et facta est ira Domini in Amesiam, & misit ei prophetam, & dixit ei: Quid quæsiuisti deos populi, qui non liberauerunt populum suum de manu tua?

16 * Et factum est cùm loqueretur ipse ad eum, & dixit ei: Num consiliarium Regis dedi te? attende tibi ipsi, vt non percutiant te. & tacuit propheta, & dixit: Cognoui quod consuluit Dominus occidere te, quoniam fecisti hoc, & non audiuisti consilium meum.

17 * Et consuluit Amesias rex Juda, & misit ad Joas filium Joachaz filium Iu regem Israel, dicens: Veni & videamur faciebus.

18 * Et misit Joas rex Israel ad Amesiam regem Juda, dicens: Carduus qui in Libano, misit ad cedrum quæ in Libano, dicens: Da filiam tuam filio meo in vxorem, & ecce ingredientur bestiæ agri quæ in Libano: & venerunt bestiæ & conculcauerunt carduum.

19 * Dixisti, Ecce percussi Idumæam, & eleuat te cor tuum graue, & nunc sede in domo tua, & quare coniicis in malo, & cades tu & Judas tecum?

20 * Et non audiuit Amesias, quoniam à Domino factũ est vt traderet eum in manus Joas, quoniam quæsiuit deos Edom.

21 * Et ascendit Joas rex Israel, & visi sunt adinuicem ipse & Amesias rex Juda in Bethsames quæ est Juda.

22 * Et corruit Judas ante faciem Israel, & fugit vnusquisque in tabernaculum suum.

23 * Et Amesiam regem Juda filium Ioas filij Ochoziæ cepit Joas rex Israel in Bethsames, & adduxit eum in Hierusalem, & destruxit à muro Hierusalem à porta Ephraim vsque ad portam anguli quadringentis cubitis.

24 * Et omne aurum & argentum, & omnia vasa quæ inuenta sunt in domo Domini, & quæ apud Obededdom, & thesauros domus regis, & filios commixtorum cepit, & reuersus est in Samariam.

25 * Et vixit Amesias filius Joas rex Juda postquam mortuus est Joas filius Joachaz rex Israel, quinque & decem annis.

26 * Et reliqui sermones Amasiæ primi & nouissimi nonne scripti sunt in libro Regum Juda & Israel?

27 * Et in tempore quo recessit Amesias à Domino, conuersa est contra ipsum coniuratio in Hierusalẽ, & fugit in Lachis, & miserunt post eum in Lachis, & interfecerunt eum ibi.

14 * καὶ ἐγένετο μετὰ τὸ ἐλθεῖν ἀμεσίαν πατάξαντα τὴν ἰδουμαίαν, καὶ ἤνεγκεν πρὸς ἑαυτὸν τοὺς θεοὺς υἱῶν σηείρ; καὶ ἔστησεν αὐτοὺς ἑαυτῷ εἰς θεοὺς καὶ ἐναντίον αὐτῶν προσεκύνει, καὶ αὐτοῖς ἔθυεν.

15 * καὶ ἐγένετο ὀργὴ κυρίου ἐπὶ ἀμεσίαν, καὶ ἀπέστειλεν αὐτῷ προφήτην, καὶ εἶπεν αὐτῷ, τί ἐζήτησας τοὺς θεοὺς τοῦ λαοῦ, οἳ οὐκ ἐξείλαντο τὸν λαὸν αὐτῶν ἐκ χειρός του;

16 * καὶ ἐγένετο ἐν τῷ λαλῆσαι αὐτὸν πρὸς αὐτόν, καὶ εἶπεν αὐτῷ, μὴ σύμβουλον τοῦ βασιλέως δέδωκά σε; πρόσεχε αὐτῷ, ἵνα μὴ πατάξωσί σε· καὶ ἐσιώπησεν ὁ προφήτης· καὶ εἶπεν, ἔγνων ὅτι ἐβουλεύσατο κύριος τοῦ διαφθεῖραί σε, ὅτι ἐποίησας τοῦτο, καὶ οὐκ ἤκουσας τῆς συμβουλίας μου.

17 * καὶ ἐβουλεύσατο ἀμεσίας βασιλεὺς ἰούδα, καὶ ἀπέστειλε πρὸς ἰωὰς υἱὸν ἰωάχαζ υἱὸν ἰοῦ βασιλέα ἰσραήλ, λέγων,
18 δεῦρο καὶ ὀφθῶμεν προσώποις. * καὶ ἀπέστειλεν ἰωὰς βασιλεὺς ἰσραὴλ πρὸς ἀμεσίαν βασιλέα ἰούδα λέγων, ὁ ἀκχοὺχ ὁ ἐν τῷ λιβάνῳ ἀπέστειλε πρὸς τὴν κέδρον τὴν ἐν τῷ λιβάνῳ· λέγων, δὸς τὴν θυγατέρα του τῷ υἱῷ μου εἰς γυναῖκα· καὶ ἰδοὺ εἰσελεύ(ε)τα τὰ θηρία τοῦ ἀγροῦ τὰ ἐν τῷ λιβάνῳ, καὶ ἦλθε τὰ θηρία καὶ κατεπάτησε τὸν ἀκχούχ.

19 * εἶπας, ἰδοὺ ἐπάταξα τὴν ἰδουμαίαν καὶ ἐπαίρει σε ἡ καρδία του ἡ βαρεῖα, καὶ νῦν κάθιον ἐν οἴκῳ σου, καὶ ἱνατί συμβάλλεις ἐν κακίᾳ, καὶ πέσῃ σὺ καὶ ἰούδας μετὰ σοῦ;

20 * καὶ οὐκ ἤκουσεν ἀμεσίας, ὅτι παρὰ κυρίου ἐγένετο τοῦ παραδοῦναι αὐτὸν εἰς χεῖρας ἰωάς, ὅτι ἐξεζήτησε τοὺς θεοὺς
21 τῶν ἰδουμαίων. * καὶ ἀνέβη ἰωὰς ὁ βασιλεὺς ἰσραήλ, καὶ ὤφθησαν ἀλλήλοις αὐτὸς καὶ ἀμεσίας βασιλεὺς ἰούδα ἐν βεθσαμὴς ἥ ἐστι τοῦ ἰούδα.

22 * καὶ ἐτροπώθη ἰούδας κατὰ πρόσωπον ἰσραήλ, καὶ ἔφυγεν ἕκαστος εἰς τὸ σκήνωμα αὐτοῦ.

23 * καὶ τὸν ἀμεσίαν βασιλέα ἰούδα υἱὸν ἰωὰς υἱοῦ ὀχοζίου συνέλαβεν ἰωὰς βασιλεὺς ἰσραὴλ ἐν βεθσαμής, καὶ εἰσήγαγεν αὐτὸν εἰς ἱερουσαλήμ, καὶ καθεῖλεν ἀπὸ τοῦ τείχους ἱερουσαλὴμ ἀπὸ πύλης ἐφραὶμ ἕως πύλης γωνίας τετρακοσίους πήχεις.

24 * καὶ πᾶν τὸ χρυσίον καὶ τὸ ἀργύριον, καὶ πάντα τὰ σκεύη τὰ εὑρεθέντα ἐν οἴκῳ κυρίου, καὶ τὰ παρὰ τὸν ὠβὴδ ἐδδὼμ καὶ τοὺς θησαυροὺς οἴκου τοῦ βασιλέως, καὶ τοὺς υἱοὺς τῶν συμμίξεων ἔλαβεν, καὶ ἐπέστρεψεν εἰς σαμάρειαν.

25 * καὶ ἔζησεν ἀμεσίας ὁ τοῦ ἰωὰς βασιλεὺς ἰούδα μετὰ τὸ ἀποθανεῖν ἰωὰς τὸν τοῦ ἰωάχαζ βασιλέα ἰσραήλ, πέντε
26 καὶ δέκα ἔτη. * καὶ οἱ λοιποὶ λόγοι ἀμεσίου οἱ πρῶτοι καὶ οἱ ἔσχατοι οὐκ ἰδοὺ γεγραμμένοι ἐπὶ βιβλίου βασιλέων ἰούδα καὶ ἰσραήλ;

27 * καὶ ἐν τῷ καιρῷ ᾧ ἀπέστη ἀμεσίας ἀπὸ τοῦ κυρίου, συνεστράφη ἐπ' αὐτὸν σύνδεσμος ἐν ἱερουσαλήμ, καὶ ἔφυγεν εἰς λαχεῖς, καὶ ἀπέστειλαν κατόπισθεν αὐτοῦ εἰς λαχεῖς, καὶ ἐθανάτωσαν αὐτὸν ἐκεῖ.

28 * וַיִּשָּׂאֻהוּ עַל־הַסּוּסִים וַיִּקָּבְרוּ אֹתוֹ עִם־
אֲבֹתָיו בְּעִיר יְהוּדָה׃

כו

1 * וַיִּקְחוּ כָל־עַם יְהוּדָה אֶת־
עֻזִּיָּהוּ וְהוּא בֶּן־שֵׁשׁ עֶשְׂרֵה שָׁנָה וַיַּמְלִיכוּ אֹתוֹ
תַּחַת אָבִיו אֲמַצְיָהוּ׃

2 * הוּא בָּנָה אֶת־אֵילוֹת וַיְשִׁיבֵהָ לִיהוּדָה
3 אַחֲרֵי שְׁכַב־הַמֶּלֶךְ עִם־אֲבֹתָיו׃ * בֶּן־שֵׁשׁ
עֶשְׂרֵה שָׁנָה עֻזִּיָּהוּ בְּמָלְכוֹ וַחֲמִשִּׁים וּשְׁתַּיִם
שָׁנָה מָלַךְ בִּירוּשָׁלִַם וְשֵׁם אִמּוֹ יְכֹלְיָה מִן־
4 יְרוּשָׁלִָם׃ * וַיַּעַשׂ הַיָּשָׁר בְּעֵינֵי יְהוָה כְּכֹל
5 אֲשֶׁר־עָשָׂה אֲמַצְיָהוּ אָבִיו׃ * וַיְהִי לִדְרֹשׁ
אֱלֹהִים בִּימֵי זְכַרְיָהוּ הַמֵּבִין בִּרְאוֹת הָאֱלֹהִים
וּבִימֵי דָּרְשׁוֹ אֶת־יְהוָה הִצְלִיחוֹ הָאֱלֹהִים׃
6 * וַיֵּצֵא וַיִּלָּחֶם בַּפְּלִשְׁתִּים וַיִּפְרֹץ אֶת־חוֹמַת
גַּת וְאֵת חוֹמַת יַבְנֶה וְאֵת חוֹמַת אַשְׁדּוֹד וַיִּבֶן
עָרִים בְּאַשְׁדּוֹד וּבַפְּלִשְׁתִּים׃
7 * וַיַּעְזְרֵהוּ הָאֱלֹהִים עַל־פְּלִשְׁתִּים וְעַל־
הָעַרְבִיִּים הַיּוֹשְׁבִים בִּגוּר־בַּעַל וְהַמְעוּנִים׃
8 * וַיִּתְּנוּ הָעַמּוֹנִים מִנְחָה לְעֻזִּיָּהוּ וַיֵּלֶךְ שְׁמוֹ עַד־
לְבוֹא מִצְרַיִם כִּי הֶחֱזִיק עַד־לְמָעְלָה׃
9 * וַיִּבֶן עֻזִּיָּהוּ מִגְדָּלִים בִּירוּשָׁלִַם עַל־שַׁעַר
הַפִּנָּה וְעַל־שַׁעַר הַגַּיְא וְעַל־הַמִּקְצוֹעַ וַיְחַזְּקֵם׃
10 * וַיִּבֶן מִגְדָּלִים בַּמִּדְבָּר וַיַּחְצֹב בֹּרוֹת רַבִּים כִּי
מִקְנֶה־רַב הָיָה לוֹ וּבַשְּׁפֵלָה וּבַמִּישׁוֹר אִכָּרִים
וְכֹרְמִים בֶּהָרִים וּבַכַּרְמֶל כִּי־אֹהֵב אֲדָמָה הָיָה׃
11 * וַיְהִי לְעֻזִּיָּהוּ חַיִל עֹשֶׂה מִלְחָמָה יוֹצְאֵי
צָבָא לִגְדוּד בְּמִסְפַּר פְּקֻדָתָם בְּיַד יְעוּאֵל הַסּוֹפֵר
וּמַעֲשֵׂיָהוּ הַשּׁוֹטֵר עַל יַד־חֲנַנְיָהוּ מִשָּׂרֵי הַמֶּלֶךְ׃
12 * כֹּל מִסְפַּר רָאשֵׁי הָאָבוֹת לִגְבּוֹרֵי חָיִל
אַלְפַּיִם וְשֵׁשׁ מֵאוֹת׃
13 * וְעַל־יָדָם חֵיל צָבָא שְׁלֹשׁ מֵאוֹת אֶלֶף וְשִׁבְעַת
אֲלָפִים וַחֲמֵשׁ מֵאוֹת עֹשֵׂי מִלְחָמָה בְּכֹחַ חַיִל
לַעְזֹר לַמֶּלֶךְ עַל־הָאוֹיֵב׃
14 * וַיָּכֶן לָהֶם עֻזִּיָּהוּ לְכָל־הַצָּבָא מָגנִּים
וְרמָחִים וְכוֹבָעִים וְשִׁרְיוֹנוֹת וְקָשָׁתוֹת וּלְאַבְנֵי
קָלַע׃

28 * Reportantéſque ſuper equos ſepelierunt eum cum patribus ſuis in ciuitate Dauid.

CAP. XXVI.

1 OMnis autem populus Iuda filiũ eius 4.Re.4.c
A Oziam annorum ſedecim conſtituit regem pro Amaſia patre ſuo.

2 *Ipſe ædificauit Ahilat,& reſtituit eam ditioni Iudæ, poſtquam dormiuit rex cũ patribus ſuis.

3 *Sedecim annorum erat Ozias cùm re- 4.Reg. 15.g.
gnare cœpiſſet, & quinquaginta duobus annis regnauit in Hieruſalem. Nomen matris eius Iecelia de Hieruſalem.

4 *Fecítque quod erat rectum in oculis Domini iuxta omnia quę fecerat Amaſias
5 pater eius. *Et exquiſiuit Deum in diebus Zachariæ intelligentis & videntis Deum. Cúmq; requireret Dominum, direxit eum in omnibus.

6 *Deniq; egreſſus eſt & pugnauit contra Philiſtiim & deſtruxit murum Geth, & murum Iamniæ murúmq; Azoti. ædificauit quoque oppida in Azoto & Philiſtijm.

7 *Et adiuuit eum Deus contra Philiſtiim & contra Arabes qui habitabant in Gurbaal & contra Ammonitas.

8 *Appendebántq; Ammonitæ munera
B Oziæ,& diuulgatum eſt nomen eius vſq; ad introitum Ægypti propter crebras vi-
9 ctorias. *Ædificauítque Ozias turres in Hieruſalem, ſuper portã anguli, & ſuper portam vallis, & reliquas in eodem muri latere, firmauítque eas.

10 *Extruxítq; turres in ſolitudine, & effodit ciſternas plurimas,eo quòd haberet multa pecora,tam in campeſtribus quàm in eremi vaſtitate. Vineas quoque habuit & vinitores in montibus & in carmelo, erat quippe homo agriculturæ deditus.

11 *Fuit autem exercitus bellatorum eius qui procedebant ad prœlia ſub manu Iehihel ſcribæ, Maaſiæque doctoris, & ſub manu Ananiæ qui erat de ducibus regis.

12 *Omníſque numerus principum per familias ſuas virorum fortium duorum millium ſexcentorum.

13 *Et ſub eis vniuerſus exercitus trecentorum & ſeptem millium quingẽtorum,
C qui erant apti ad bella,& pro rege contra aduerſarios dimicabant.

14 *Præparauit quoque eis Ozias, id eſt, cuncto exercitui clypeos, & haſtas,& galeas, & loricas, arcúſque & fundas ad iaciendos lapides.

* *Et reportauerunt eum super equos, & sepelierunt eum cum patribus suis in ciuitate Dauid.* 28

CAP. XXVI.

ET accepit omnis populus terræ Oziam, & ipse filius sedecim annorum, & cōstituerunt regem ipsum pro patre suo Amesia. 1

* *Ipse ædificauit Ailath, ipse restituit ipsam Juda, postquam dormiuit rex cum patribus suis.* 2

* *Filius sedecim annorum Ozias cùm regnaret ipse, & quinquaginta & duobus annis regnauit in Hierusalem, & nomen matri suæ Jechelia ab Hierusalem.* 3

* *Et fecit rectum coram Domino iuxta omnia quæ fecit Amesias pater eius.* 4

* *Et fuit quærens Dominum in diebus Zachariæ intelligentis in visione Dei, & in diebus suis quibus quæsiuit Dominum, direxit eum Dominus Deus.* 5

* *Et egressus est Ozias & pugnauit contra Philistiim, & destruxit muros Geth, & muros Jabna, & muros Azoti, & ædificauit ciuitates in Azoto, & in Philistiim.* 6

* *Et adiuuit eum Dominus cōtra Philistiim & contra Arabes qui habitabant in petra & contra Minæos.* 7

* *Et dederunt Minæi dona Oziæ, & fuit nomen eius vsque ad introitum Ægypti, quoniam præualuit vsque ad supra.* 8

* *Et ædificauit Ozias turres in Hierusalem, & super portam anguli & super portam vallis & super angulos, & firmauit eas.* 9

* *Et ædificauit turres in solitudine, & effodit cisternas multas, quoniam pecora multa fuerunt ei in planicie & in campestri: agricultores & vinitores in montibus & in carmelo, quoniam vir agriculturæ deditus erat.* 10

* *Et fuerunt Oziæ exercitus facientes bellum, & qui egrediebantur in aciem: & numerus considerationis eorum per manum Ieiel scribæ & Maasiæ iudicis, & per manum Ananiæ successoris regis.* 11

* *Omnis numerus principum familiarum fortium in bellum duo millia sexcenti.* 12

* *Et cum eis exercitus bellatores trecenta millia & septem mille quingenti: hi facientes bellum in potentia fortitudinis, ad auxiliandum regi contra aduersarios.* 13

* *Et præparauit eis Ozias cuncto exercitui clypeos, & hastas, & galeas, & loricas, & arcus, & ad lapides fundas.* 14

28 * καὶ ἀνέλαβον αὐτὸν ἐπὶ τῶν ἵππων, καὶ ἔθαψαν αὐτὸν μετὰ τῶν πατέρων αὐτοῦ ἐν πόλει δαυίδ.

κϛ'.

1 * Καὶ ἔλαβε πᾶς ὁ λαὸς τῆς γῆς ὀζίαν, καὶ αὐτὸς υἱὸς ἑκκαίδεκα ἐτῶν, καὶ ἐβασίλευσαν αὐτὸν ἀντὶ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ ἀμεσίου.

2 * αὐτὸς ᾠκοδόμησε τὴν αἰλάθ, αὐτὸς ἐπέστρεψεν αὐτὴν τῷ ἰούδα, μετὰ τὸ κοιμηθῆναι τὸν βασιλέα μετὰ τῶν πατέρων αὐτοῦ.

3 * υἱὸς ἑκκαίδεκα ἐτῶν ὁ ὀζίας ἐν τῷ βασιλεύειν αὐτόν, καὶ πεντήκοντα καὶ δύο ἔτη ἐβασίλευσεν ἐν ἱερουσαλήμ, καὶ ὄνομα τῇ μητρὶ αὐτοῦ ἰεχελία ἀπὸ ἱερουσαλήμ.

4 * καὶ ἐποίησεν τὸ εὐθὲς ἐνώπιον κυρίου κατὰ πάντα ὅσα ἐποίησεν ἀμεσίας ὁ πατὴρ αὐτοῦ.

5 * καὶ ἦν ἐκζητῶν τὸν κύριον ἐν ταῖς ἡμέραις ζαχαρίου τοῦ συνιέντος ἐν ὁράσει θεοῦ, καὶ ἐν ταῖς ἡμέραις αὐτοῦ αἷς ἐξεζήτησε τὸν κύριον, κατεύθυνεν αὐτὸν κύριος ὁ θεός.

6 * καὶ ἐξῆλθεν ὀζίας καὶ ἐπολέμησεν πρὸς τοὺς ἀλλοφύλους, καὶ καθεῖλε τὰ τείχη γέθ, καὶ τὰ τείχη ἰαβνά, καὶ τὰ τείχη ἀζώτου· καὶ ᾠκοδόμησε πόλεις ἐν ἀζώτῳ, καὶ ἐν τοῖς ἀλλοφύλοις.

7 * καὶ κατίσχυσεν αὐτὸν κύριος ἐπὶ τοὺς ἀλλοφύλους, καὶ ἐπὶ τοὺς ἄραβας τοὺς κατοικοῦντας ἐπὶ τῆς πέτρας, καὶ ἐπὶ τοὺς μιναίους. 8 * καὶ ἔδωκαν οἱ μιναῖοι δῶρα τῷ ὀζίᾳ, καὶ ἦν τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἕως εἰσόδου αἰγύπτου, ὅτι κατίσχυσεν ἕως ἄνω.

9 * καὶ ᾠκοδόμησεν ὀζίας πύργους ἐν ἱερουσαλήμ, καὶ ἐπὶ τὴν πύλην τῆς γωνίας καὶ ἐπὶ τὴν πύλην τῆς φάραγγος, καὶ ἐπὶ τῶν γωνιῶν, καὶ κατίσχυσεν αὐτάς.

10 * καὶ ᾠκοδόμησεν πύργους ἐν τῇ ἐρήμῳ, καὶ ἐλατόμησε λάκκους πολλούς, ὅτι κτήνη πολλὰ ὑπῆρχεν αὐτῷ ἐν σεφυλᾷ καὶ ἐν τῇ πεδινῇ· γεωργοὶ καὶ ἀμπελουργοὶ ἐν τοῖς ὄρεσιν καὶ ἐν τῷ καρμήλῳ, ὅτι ἀνὴρ φιλογεωργὸς ἦν.

11 * καὶ ἐγένοντο τῷ ὀζίᾳ δυνάμεις ποιοῦσαι πόλεμον, καὶ ἐκπορευόμεναι εἰς παράταξιν· καὶ ὁ ἀριθμὸς τῆς ἐπισκέψεως αὐτῶν διὰ χειρὸς ἰεϊὴλ τοῦ γραμματέως καὶ μαασίου τοῦ κριτοῦ, καὶ διὰ χειρὸς ἀνανίου τοῦ διαδόχου τοῦ βασιλέως.

12 * πᾶς ἀριθμὸς τῶν ἀρχόντων τῶν πατριῶν τῶν δυνατῶν εἰς πόλεμον δισχίλιοι ἑξακόσιοι.

13 * καὶ μετ' αὐτῶν δυνάμεις πολεμικαὶ τριακόσιαι χιλιάδες καὶ ἑπτακισχίλιοι πεντακόσιοι· οὗτοι οἱ ποιοῦντες πόλεμον ἐν δυνάμει ἰσχύος, βοηθῆσαι τῷ βασιλεῖ ἐπὶ τοὺς ὑπεναντίους.

14 * καὶ ἡτοίμαζεν αὐτοῖς ὀζίας πάσῃ τῇ δυνάμει θυρεοὺς καὶ δόρατα καὶ περικεφαλαίας, καὶ θώρακας, καὶ τόξα καὶ εἰς λίθους σφενδόνας.

15 * וַיַּעַשׂ בִּירוּשָׁלַ͏ִם חִשְׁבֹנוֹת מַחֲשֶׁבֶת חוֹשֵׁב
לִהְיוֹת עַל־הַמִּגְדָּלִים וְעַל־הַפִּנּוֹת לִירוֹא
בַּחִצִּים וּבְאֲבָנִים גְּדֹלוֹת וַיֵּצֵא שְׁמוֹ עַד־לְמֶרְחוֹק
כִּי־הִפְלִיא לְהֵעָזֵר עַד כִּי־חָזָק׃

16 * וּכְחָזְקָתוֹ גָּבַהּ לִבּוֹ עַד־לְהַשְׁחִית וַיִּמְעַל
בַּיהוָה אֱלֹהָיו וַיָּבֹא אֶל־הֵיכַל יְהוָה לְהַקְטִיר
17 עַל־מִזְבַּח הַקְּטֹרֶת׃ * וַיָּבֹא אַחֲרָיו עֲזַרְיָהוּ
הַכֹּהֵן וְעִמּוֹ כֹּהֲנִים לַיהוָה שְׁמוֹנִים בְּנֵי־חָיִל׃
18 * וַיַּעַמְדוּ עַל־עֻזִּיָּהוּ הַמֶּלֶךְ וַיֹּאמְרוּ לוֹ לֹא־לְךָ
עֻזִּיָּהוּ לְהַקְטִיר לַיהוָה כִּי לַכֹּהֲנִים בְּנֵי־אַהֲרֹן
הַמְקֻדָּשִׁים לְהַקְטִיר יֵצֵא מִן־הַמִּקְדָּשׁ כִּי מָעַלְתָּ
וְלֹא־לְךָ לְכָבוֹד מֵיְהוָה אֱלֹהִים׃

19 * וַיִּזְעַף עֻזִּיָּהוּ וּבְיָדוֹ מִקְטֶרֶת לְהַקְטִיר וּבְזָעְפּוֹ
עִם־הַכֹּהֲנִים וְהַצָּרַעַת זָרְחָה בְמִצְחוֹ לִפְנֵי
הַכֹּהֲנִים בְּבֵית יְהוָה מֵעַל לְמִזְבַּח הַקְּטֹרֶת׃
20 * וַיִּפֶן אֵלָיו עֲזַרְיָהוּ כֹּהֵן הָרֹאשׁ וְכָל־הַכֹּהֲנִים
וְהִנֵּה־הוּא מְצֹרָע בְּמִצְחוֹ וַיַּבְהִלוּהוּ מִשָּׁם וְגַם־
הוּא נִדְחַף לָצֵאת כִּי נִגְּעוֹ יְהוָה׃
21 * וַיְהִי עֻזִּיָּהוּ הַמֶּלֶךְ מְצֹרָע עַד־יוֹם מוֹתוֹ
וַיֵּשֶׁב בֵּית הַחָפְשׁוּת מְצֹרָע כִּי נִגְזַר מִבֵּית יְהוָה
וְיוֹתָם בְּנוֹ עַל־בֵּית הַמֶּלֶךְ שֹׁפֵט אֶת־עַם הָאָרֶץ׃
22 * וְיֶתֶר דִּבְרֵי עֻזִּיָּהוּ הָרִאשֹׁנִים וְהָאַחֲרֹנִים
כָּתַב יְשַׁעְיָהוּ בֶן־אָמוֹץ הַנָּבִיא׃
23 * וַיִּשְׁכַּב עֻזִּיָּהוּ עִם־אֲבֹתָיו וַיִּקְבְּרוּ אֹתוֹ עִם־
אֲבֹתָיו בִּשְׂדֵה הַקְּבוּרָה אֲשֶׁר לַמְּלָכִים כִּי אָמְרוּ
מְצֹרָע הוּא וַיִּמְלֹךְ יוֹתָם בְּנוֹ תַּחְתָּיו׃

כז

1 * בֶּן־עֶשְׂרִים וְחָמֵשׁ שָׁנָה יוֹתָם
בְּמָלְכוֹ וְשֵׁשׁ עֶשְׂרֵה שָׁנָה מָלַךְ בִּירוּשָׁלִַ͏ם וְשֵׁם
אִמּוֹ יְרוּשָׁה בַּת־צָדוֹק׃
2 * וַיַּעַשׂ הַיָּשָׁר בְּעֵינֵי יְהוָה כְּכֹל אֲשֶׁר־עָשָׂה
עֻזִּיָּהוּ אָבִיו רַק לֹא־בָא אֶל־הֵיכַל יְהוָה וְעוֹד
הָעָם מַשְׁחִיתִים׃
3 * הוּא בָּנָה אֶת־שַׁעַר בֵּית־יְהוָה הָעֶלְיוֹן
וּבְחוֹמַת הָעֹפֶל בָּנָה לָרָב׃
4 * וְעָרִים בָּנָה בְּהַר יְהוּדָה וּבְחָרָשִׁים בָּנָה
בִּירָנִיוֹת וּמִגְדָּלִים׃

15 * Et fecit in Hierusalem diuersi generis machinas, quas in turribus collocauit, & in angulis murorum vt mitteret sagittas & saxa grandia. Egressúmq; est nomẽ eius procul, eo quòd auxiliaretur ei Dominus & corroborasset illum.

16 *Sed cùm roboratus esset, eleuatum est cor eius in interitum suum, & neglexit Dominum Deum suum; ingressúsq; templum Dñi, adolere voluit incensum super
17 altare thymiamatis. * Statímque ingressus post eum Azarias sacerdos, & cum eo sacerdotes Dñi octoginta viri fortissimi,

18 * Restiterunt regi atq; dixerunt: Non est tui officij Ozia, vt adoleas incensum Dño, sed sacerdotũ, hoc est filiorũ Aaron qui consecrati sunt ad huiuscemodi ministerium. Egredere de sanctuario ne contempseris, quia non reputabitur tibi in
19 gloriã hoc à Dño Deo. * Iratusq; Ozias 4. Reg. 5. g
& tenens in manu thuribulũ vt adoleret D incensum, minabatur sacerdotibus. Statímq; orta est lepra in fronte eius coram sacerdotibus in domo Dñi super altare
20 thymiamatis. *Cúmq; respexisset eum Azarias pontifex & omnes reliqui sacerdotes, viderunt lepram in fronte eius, & festinatò expulerũt eum. Sed & ipse perterritus accelerauit egredi, eo quòd sensisset ilicò plagam Domini.

21 * Fuit igitur Ozias rex leprosus vsq; ad diem mortis suæ: & habitauit in domo separata, plenus lepra, ob quã eiectus fuerat de domo Domini. Porrò Ioatham filius eius rexit domum regis, & iudicauit populum terræ.

22 * Reliqua autem sermonũ Oziæ priorum & nouissimorum scripsit Esaias filius Amos propheta.

23 *Dormiuítq; Ozias cum patribus suis, & sepelierunt eum in agro regalium sepulchrorum, eo quòd esset leprosus; regnauítque Ioatham filius eius pro eo.

CAP. XXVII.

1 A VIginti quinque annorũ erat Ioatham 4. Reg. 16. a
cùm regnare cœpisset, & sedecim annis regnauit in Hierusalem. Nomen matris eius Hierusa filia Sadoch.

2 *Fecítq; quod rectum erat coram Dño iuxta omnia quę fecerat Ozias pater suus, excepto quòd non est ingressus templum
B Dñi, & adhuc populus delinquebat.

27 * Atq; emollitum est cor tuum, & humiliatus es in cõspectu Dei super his quæ dicta sunt contra locum hunc & habitatores Hierusalem; reueritúsque faciem meam, scidisti vestimenta tua, & fleuisti coram me; ego quoque exaudiui te; dicit Dominus.

28 * Iam enim colligam te ad patres tuos, & infereris in sepulchrum tuum in pace, nec videbunt oculi tui omne malũ, quod ego inducturus sum super locum istum & super habitatores eius. Retulerunt itaque regi cuncta quæ dixerat. 4. Reg. 22.a

29 * At ille conuocatis vniuersis maioribus natu Iuda & Hierusalem,

30 * Ascendit in domum Domini, vnáq; omnes viri Iuda, & habitatores Hierusalem, sacerdotes & Leuitæ, & cunctus po-
G pulus à minimo vsq; ad maximum. Quibus audiẽtibus legit rex omnia verba voluminis.

31 * Et stans in tribunali suo percussit fœdus corã Domino, vt ambularet post eũ, & custodiret præcepta, & testimonia, & iustificationes eius in toto corde suo, & in tota anima sua, facerétq; q̃ scripta sunt in volumine illo quod legerat.

‡ Ite & quærite Dominum pro me & pro 21
omni reliquo Iſrael & Juda, pro ſermonibus
libri inuenti, quoniam magnus furor Domini,
qui ſuccenſus eſt in nobis, quoniam non audie-
runt patres noſtri ſermonem Domini, vt fa-
cerent iuxta omnia quæ ſcripta ſunt in libro
hoc.

‡ Et iuit Chelcias, & quibus dixit rex ad 22
Oldam prophetem, vxorem Sellem filij Thecoæ,
filij Aſer cuſtodis veſtium, & ipſa habitabat
in Hieruſalem in Secunda, & locuti ſunt ei ſe-
cundum hæc.

‡ Et dixit eis: Sic dixit Dominus Deus Iſ- 23
rael, Dicite viro qui miſit vos ad me.

‡ Sic dicit Dominus Deus, Ecce ego inducо 24
mala ſuper locum hunc & ſuper habitantes in
eo cuncta verba quæ ſcripta ſunt in libro qui
lectus eſt coram rege Juda.

‡ Eo quòd dereliquerunt me & ſacrifica- 25
uerunt diis alienis, vt irritarent me in cun-
ctis operibus manuum ſuarum, & ſuccenſus
eſt furor meus in loco iſto, & non extingue-
tur.

‡ Et ad regem Juda qui miſit vos ad quæ- 26
rendum Dominum, ſic dicetis ad eum: Sic di-
cit Dominus Deus Iſrael, verba quæ audi-
uiſti.

‡ Et conuerſum eſt cor tuum et humiliatum 27
eſt à facie mea, cùm audiuiſti tu verba mea con
tra locum hunc & contra habitantes eum, &
humiliatus es coram me, & ſciditi veſtimenta
tua, & fleuiſti coram me, & ego audiui, dicit
Dominus.

‡ Ecce appono te ad patres tuos, & appone- 28
ris ad ſepulchra tua in pace, & non videbunt
oculi tui omnia mala, quæ ego induco ſuper lo-
cum iſtum, & ſuper habitantes eum. & retu-
lerunt regi ſermonem.

‡ Et miſit rex & congregauit ſeniores Ju- 29
da & Hieruſalem.

‡ Et aſcendit rex in domum Domini, & o- 30
mnis Juda & habitantes Hieruſalem, & ſa-
cerdotes & Leuitæ, & cunctus populus à par-
uo & uſque ad magnum, & legit in auribus
eorum omnia verba voluminis fœderis inuen-
ti in domo Domini.

‡ Et ſtetit rex Joſias in columna, & per- 31
cuſſit fœdus coram Domino, vt ambularet in
conſpectu Domini, vt cuſtodiret mandata
eius, & teſtimonia eius, & præcepta eius, in
toto corde, & in tota anima, vt faceret ver-
ba fœderis ſcripta in volumine hoc.

‡ πορεύθητε καὶ ζητήσατε κύριον περὶ ἐμοῦ καὶ περὶ 21
παντὸς τοῦ καταλειφθέντος Ισραὴλ καὶ Ιούδα περὶ τῶν λό-
γων τοῦ βιβλίου τοῦ εὑρεθέντος· ὅτι μέγας ὁ θυμὸς κυ-
ρίου, ὃς ἐκκέκαυται ἐν ἡμῖν, διότι οὐκ εἰσήκουσαν οἱ πα-
τέρες ἡμῶν τὸν λόγον κυρίου, τοῦ ποιῆσαι κατὰ πάντα τὰ
γεγραμμένα ἐν τῷ βιβλίῳ τούτῳ.

‡ καὶ ἐπορεύθη Χελκίας, καὶ οἷς εἶπεν ὁ βασιλεὺς πρὸς 22
Ολδαν τὴν προφῆτιν γυναῖκα σελλὴμ υἱοῦ Θεκωε, υἱοῦ
ἀσὲρ τοῦ ἱματιοφύλακος, καὶ αὐτὴ κατῴκει ἐν Ιερουσαλὴμ
ἐν μασεννά, καὶ ἐλάλησαν αὐτῇ κατὰ ταῦτα.

‡ καὶ εἶπεν αὐτοῖς, τάδε εἶπε κύριος ὁ θεὸς Ισραήλ· 23
εἴπατε τῷ ἀνδρὶ τῷ ἀποστείλαντι ὑμᾶς πρός με.

‡ τάδε λέγει κύριος ὁ θεός, ἰδοὺ ἐγὼ ἐπάγω κακὰ 24
ἐπὶ τὸν τόπον τοῦτον καὶ ἐπὶ σοὺ κατοικοῦντας ἐν αὐτῷ
πάντας λόγους τοὺς γεγραμμένους ἐν τῷ βιβλίῳ
τῷ ἀνεγνωσμένῳ ἐναντίον τοῦ βασιλέως Ιούδα.

‡ ἀνθ' ὧν ἐγκατέλιπόν με καὶ ἐθυμίασαν θεοῖς ἀλλο- 25
τρίοις, ἵνα παροργίσωσί με ἐν πᾶσι τοῖς ἔργοις τῶν χει-
ρῶν αὐτῶν· καὶ ἐξεκαύθη ὁ θυμός μου ἐν τῷ τόπῳ τούτῳ, καὶ
οὐ σβεσθήσεται.

‡ καὶ πρὸς τὸν βασιλέα Ιούδα τὸν ἀποστείλαντα ὑμᾶς 26
τοῦ ζητῆσαι τὸν κύριον, οὕτως ἐρεῖτε πρὸς αὐτόν, οὕτως
λέγει κύριος ὁ θεὸς Ισραήλ, περὶ λόγους οὓς ἤκουσας.

‡ καὶ ἐντρόπη ἡ καρδία σου, καὶ ἐταπεινώθη ἀπὸ 27
προσώπου μου ἐν τῷ ἀκοῦσαί σε περὶ λόγους μου ἐπὶ
τὸν τόπον τοῦτον καὶ ἐπὶ τοὺς κατοικοῦντας αὐτόν· καὶ
ἐταπεινώθης ἐναντίον μου, καὶ διέρρηξας τὰ ἱμάτιά
σου καὶ ἔκλαυσας ἐνώπιόν μου, καὶ ἐγὼ ἤκουσα, φησὶ
κύριος.

‡ ἰδοὺ προστίθημί σε πρὸς τοὺς πατέρας σου καὶ 28
προστήσῃ πρὸς τάφους σου ἐν εἰρήνῃ, καὶ οὐκ ὄψον-
ται οἱ ὀφθαλμοί σου πάντα τὰ κακά, ἃ ἐγὼ ἐπάγω ἐπὶ
τὸν τόπον τοῦτον, καὶ ἐπὶ τοὺς κατοικοῦντας αὐτόν· καὶ ἀπέ-
δωκαν τῷ βασιλεῖ λόγον.

‡ καὶ ἀπέστειλεν ὁ βασιλεύς, καὶ συνήγαγε τοὺς 29
πρεσβυτέρους Ιούδα καὶ Ιερουσαλήμ.

‡ καὶ ἀνέβη ὁ βασιλεὺς εἰς οἶκον κυρίου, καὶ πᾶς Ιούδα, 30
καὶ οἱ κατοικοῦντες Ιερουσαλὴμ, καὶ οἱ ἱερεῖς καὶ οἱ λευῖ-
ται, καὶ πᾶς ὁ λαὸς ἀπὸ μικροῦ καὶ ἕως μεγάλου, καὶ ἀνέ-
γνω ἐν ὠσὶν αὐτῶν πάντας τοὺς λόγους τοῦ βιβλίου τῆς
διαθήκης τοῦ εὑρεθέντος ἐν οἴκῳ κυρίου.

‡ καὶ ἔστη ὁ βασιλεὺς Ιωσίας ἐπὶ τὸν στύλον, καὶ διέθετο 31
διαθήκην ἐναντίον κυρίου τοῦ πορευθῆναι ὀπίσω κυ-
ρίου, τοῦ φυλάσσειν τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ, καὶ τὰ μαρτύρια
αὐτοῦ, καὶ τὰ προστάγματα αὐτοῦ ἐν ὅλῃ καρδίᾳ, καὶ ἐν
ὅλῃ ψυχῇ, ὥστε ποιεῖν τοὺς λόγους τῆς διαθήκης τοὺς γε-
γραμμένους ἐν τῷ βιβλίῳ τούτῳ.

32 * וַיַּעֲמֵד אֶת כָּל־הַנִּמְצָא בִירוּשָׁלַ͏ִם וּבִנְיָמִן
וַיַּעֲשׂוּ יוֹשְׁבֵי יְרוּשָׁלַ͏ִם כִּבְרִית אֱלֹהִים אֱלֹהֵי
33 אֲבוֹתֵיהֶם׃ * וַיָּסַר יֹאשִׁיָּהוּ אֶת־כָּל־
הַתּוֹעֵבוֹת מִכָּל־הָאֲרָצוֹת אֲשֶׁר לִבְנֵי יִשְׂרָאֵל
וַיַּעֲבֵד אֶת־כָּל־הַנִּמְצָא בְּיִשְׂרָאֵל לַעֲבֹד אֶת־
יְהוָה אֱלֹהֵיהֶם כָּל־יָמָיו לֹא סָרוּ מֵאַחֲרֵי יְהוָה
אֱלֹהֵי אֲבוֹתֵיהֶם׃

לה

1 * וַיַּעַשׂ יֹאשִׁיָּהוּ בִירוּשָׁלַ͏ִם
פֶּסַח לַיהוָה וַיִּשְׁחֲטוּ הַפֶּסַח בְּאַרְבָּעָה עָשָׂר
2 לַחֹדֶשׁ הָרִאשׁוֹן׃ * וַיַּעֲמֵד הַכֹּהֲנִים
עַל־מִשְׁמְרוֹתָם וַיְחַזְּקֵם לַעֲבוֹדַת בֵּית יְהוָה׃
3 * וַיֹּאמֶר לַלְוִיִּם הַמְבִינִים לְכָל־יִשְׂרָאֵל
הַקְּדוֹשִׁים לַיהוָה תְּנוּ אֶת־אֲרוֹן הַקֹּדֶשׁ בַּבַּיִת
אֲשֶׁר בָּנָה שְׁלֹמֹה בֶן־דָּוִיד מֶלֶךְ יִשְׂרָאֵל אֵין־
לָכֶם מַשָּׂא בַּכָּתֵף עַתָּה עִבְדוּ אֶת־יְהוָה
אֱלֹהֵיכֶם וְאֶת עַמּוֹ יִשְׂרָאֵל׃
4 * וְהָכִינוּ לְבֵית־אֲבֹתֵיכֶם כְּמַחְלְקוֹתֵיכֶם
בִּכְתָב דָּוִיד מֶלֶךְ יִשְׂרָאֵל וּבְמִכְתַּב שְׁלֹמֹה בְּנוֹ׃
5 * וְעִמְדוּ בַקֹּדֶשׁ לִפְלֻגוֹת בֵּית הָאָבוֹת
לַאֲחֵיכֶם בְּנֵי הָעָם וַחֲלֻקַּת בֵּית־אָב לַלְוִיִּם׃
6 * וְשַׁחֲטוּ הַפֶּסַח וְהִתְקַדְּשׁוּ וְהָכִינוּ לַאֲחֵיכֶם
לַעֲשׂוֹת כִּדְבַר־יְהוָה בְּיַד־מֹשֶׁה׃
7 * וַיָּרֶם יֹאשִׁיָּהוּ לִבְנֵי הָעָם צֹאן כְּבָשִׂים וּבְנֵי־
עִזִּים הַכֹּל לַפְּסָחִים לְכֹל־הַנִּמְצָא לְמִסְפַּר
שְׁלֹשִׁים אֶלֶף וּבָקָר שְׁלֹשֶׁת אֲלָפִים אֵלֶּה מִרְכוּשׁ
8 הַמֶּלֶךְ׃ * וְשָׂרָיו לִנְדָבָה לָעָם לַכֹּהֲנִים
וְלַלְוִיִּם הֵרִימוּ חִלְקִיָּהוּ וּזְכַרְיָהוּ וִיחִיאֵל נְגִידֵי
בֵּית הָאֱלֹהִים לַכֹּהֲנִים נָתְנוּ לַפְּסָחִים אַלְפַּיִם
וְשֵׁשׁ מֵאוֹת וּבָקָר שְׁלֹשׁ מֵאוֹת׃
9 * וְכָנַנְיָהוּ וּשְׁמַעְיָהוּ וּנְתַנְאֵל אֶחָיו וְחַשַׁבְיָהוּ
וִיעִיאֵל וְיוֹזָבָד שָׂרֵי הַלְוִיִּם הֵרִימוּ לַלְוִיִּם לַפְּסָחִים
חֲמֵשֶׁת אֲלָפִים וּבָקָר חֲמֵשׁ מֵאוֹת׃
10 * וַתִּכּוֹן הָעֲבוֹדָה וַיַּעַמְדוּ הַכֹּהֲנִים עַל־עָמְדָם
וְהַלְוִיִּם עַל־מַחְלְקוֹתָם כְּמִצְוַת הַמֶּלֶךְ׃
11 * וַיִּשְׁחֲטוּ הַפֶּסַח וַיִּזְרְקוּ הַכֹּהֲנִים מִיָּדָם
וְהַלְוִיִּם מַפְשִׁיטִים׃

32 * Adiurauit quoque super hoc omnes qui reperti fuerant in Hierusalem & Beniamin, & fecerũt habitatores Hierusalem iuxta pactum Domini Dei patrum suorũ.

33 * Abstulit ergo Iosias cunctas abominationes de vniuersis regionibus filiorum Israel, & fecit omnes qui residui erant in Israel seruire Domino Deo suo. Cunctis diebus vitæ eius non recesserunt à Domino Deo patrum suorum.

CAP. XXXV.

1 A * Fecit autem Iosias in Hierusalem Phase Domino quod immolatum est quartadecima die mensis primi. 4.Reg. 23.d.

2 * Et constituit sacerdotes in officiis suis, hortatúsque est eos vt ministrarent in domo Domini.

3 * Leuitis quoque, ad quorum eruditionem omnis Israel sanctificabatur Dño, locutus est: Ponite arcam in sanctuario templi, quod ædificauit Salomõ filius Dauid rex Israel. Nequaquam enim eam vltra portabitis. Nunc ergo ministrate Domino Deo vestro & populo eius Israel.

4 * Et præparate vos per domos & cognationes vestras in diuisionibus singulorum, sicut præcepit Dauid rex Israel, & descripsit Salomon filius eius.

5 * Et ministrate in sanctuario per familias turmásque Leuiticas.

6 * Et sanctificati immolate Phase. Fratres etiam vestros, vt possint iuxta verba quæ locutus est Dominus in manu Moysi facere, præparate.

7 * Dedit præterea Iosias omni populo qui ibi fuerat inuentus in solemnitate B Phase, agnos & hœdos de gregibus & reliqui pecoris, triginta millia, boum quoq; tria millia. Hæc de regis vniuersa substá-
8 tia. * Duces quoque eius sponte quod vouerant obtulerunt tam populo quàm sacerdotibus & Leuitis. Porrò Helchias & Zacharias, & Iehiel principes domus Dei dederunt sacerdotibus ad faciendum Phase, pecora commixtim duo millia sexcenta & boues trecentos.

9 * Chonenias autem & Semeias etiam & Nathanael fratres eius, nec nõ Asabias & Iahihel, & Iozabad principes Leuitarũ, dederunt cæteris Leuitis ad celebrandum Phase, quinque millia pecorum & boues
10 quingẽtos. * Præparatúmq; est ministeriũ, & steterunt sacerdotes in officio suo; Leuitæ quoq; in turmis iuxta regis imperiũ.

11 * Et immolatũ est Phase. Asperserúntq; sacerdotes manus suas sanguine, & Leuitę detraxerunt pelles holocaustorum.

‡ *Et constituit omnes inuentos in Hierusalem, & in Iuda, & Beniamin: & fecerunt habitantes in Hierusalem iuxta pactum Domini Dei patrum suorum.* 32

‡ *Et abstulit Iosias cunctas abominationes de vniuersa terra, quæ fuit filiorum Israel, & fecit omnes qui inuenti sunt in Hierusalem & Israel, vt seruirent Domino Deo patrum suorum cunctis diebus suis, non declinauit à tergo Domini Dei patrum suorum.* 33

CAP. XXXV.

ET *fecit Iosias Phasech in Hierusalem Domino Deo suo, & sacrificauit Phasech quartadecima mensis primi.* 1

‡ *Et constituit sacerdotes in custodiis suis, et fortificauit ipsos in opera domus Domini.* 2

‡ *Et dixit Leuitis potentibus in omni Israel, vt sanctificarentur ipsi Domino, & vt darent arcam sanctam in domo Domini, & posuit arcam sanctam in domo quam ædificauit Salomon filius Dauid regis Israel: & dixit rex, Non est vobis tollere in humeris quicquam, nunc igitur ministrate Domino Deo vestro, & populo eius Israel.* 3

‡ *Et præparamini secundùm domos familiarum vestrarum, & secundùm vices vestras, et secũdùm scripturam Dauid regis Israel, & secundùm descriptionem Salomonis filij eius.* 4

‡ *Et state in domo secundùm diuisiones domorum familiarum vestrarum fratribus vestris filiis populi, & pars domus familiæ Leuitis.* ‡ *Et immolate Phasech, & sancta præparate fratribus vestris, vt faciant secundùm verbum Domini quod per manum Moysi.* 5 6

‡ *Et primitias obtulit Iosias filiis populi oues et agnos, & hædos de filiis caprarũ, omnia in Phasech omni inuento in numero triginta millia, & vitulorum tria millia, hæc à substantia regis.* 7

‡ *Et principes eius primitias obtulerunt populo & sacerdotibus, & Leuitis, & Chelcias, & Zacharias, & Hieiel principes domus Dei, dederunt sacerdotibus in Phasech oues & agnos, & hædos duo millia & sexcenta, & vitulos trecentos.* 8

‡ *Et Chonenias, & Sameas, et Nathanael frater eius, et Asabias, & Hieiel, & Joazabad principes Leuitarum, dederunt primitias Leuitis in Phasech ouium quinque millia, & vitulos quingentos.* 9

‡ *Et præparatum est ministerium, & steterunt sacerdotes in statione sua, & Leuitæ in diuisionibus suis iuxta imperium regis.* 10

‡ *Et immolauerunt Phasech, & fuderunt sacerdotes sanguinem de manu sua, & Leuitæ excoriauerunt.* 11

32 ‡ Καὶ ἔστησε πάντας τοὺς εὑρεθέντας ἐν ἱερουσαλὴμ, καὶ ἐν ἰούδα, καὶ βενιαμίν, καὶ ἐποίησαν οἱ κατοικοῦντες ἐν ἱερουσαλὴμ κατὰ τὴν διαθήκην κυρίου θεοῦ τῶν πατέρων αὐτῶν.

33 ‡ καὶ περιεῖλεν ἰωσίας πάντα τὰ βδελύγματα ἀπὸ πάσης τῆς γῆς, ἣ ἦν τῶν υἱῶν ἰσραὴλ, καὶ ἐποίησε πάντας τοὺς εὑρεθέντας ἐν ἱερουσαλὴμ καὶ ἰσραὴλ τοῦ δουλεύειν κυρίῳ τῷ θεῷ τῶν πατέρων αὐτῶν πάσας τὰς ἡμέρας αὐτοῦ, οὐκ ἐξέκλινεν ἀπὸ ὄπισθεν κυρίου τοῦ θεοῦ τῶν πατέρων αὐτοῦ.

λέ.

1 ‡ Καὶ ἐποίησεν ἰωσίας τὸ φασεχ ἐν ἱερουσαλὴμ κυρίῳ τῷ θεῷ αὐτοῦ, καὶ ἔθυσε τὸ φασεχ τῇ τεσσαρεσκαιδεκάτῃ τοῦ μηνὸς τοῦ πρώτου.

2 ‡ καὶ ἔστησε τοὺς ἱερεῖς ἐπὶ τὰς φυλακὰς αὐτῶν, καὶ κατίσχυσεν αὐτοὺς εἰς τὰ ἔργα οἴκου κυρίου.

3 ‡ καὶ εἶπεν τοῖς λευίταις τοῖς δυνατοῖς ἐν παντὶ ἰσραὴλ, τοῦ ἁγιασθῆναι αὐτοὺς τῷ κυρίῳ, καὶ τοῦ δοῦναι τὴν κιβωτὸν τὴν ἁγίαν ἐν οἴκῳ κυρίου· καὶ ἔθηκεν τὴν κιβωτὸν τὴν ἁγίαν εἰς τὸν οἶκον ὃν ᾠκοδόμησεν σολομὼν υἱὸς δαυὶδ τοῦ βασιλέως ἰσραήλ· καὶ εἶπεν ὁ βασιλεύς, οὐκ ἔστιν ὑμῖν αἶραι ἐπ' ὤμων ἔτι, νῦν οὖν λειτουργήσατε κυρίῳ τῷ θεῷ ὑμῶν, καὶ τῷ λαῷ αὐτοῦ ἰσραήλ.

4 ‡ καὶ ἑτοιμάσθητε κατ' οἴκους πατριῶν ὑμῶν, καὶ κατὰ τὰς ἐφημερίας ὑμῶν, καὶ κατὰ τὴν γραφὴν δαυὶδ βασιλέως ἰσραήλ, καὶ κατὰ τὴν ἀπογραφὴν σολομῶντος υἱοῦ αὐτοῦ.

5 ‡ καὶ στῆτε ἐν τῷ οἴκῳ κατὰ τὰς διαιρέσεις οἴκων πατριῶν ὑμῶν τοῖς ἀδελφοῖς ὑμῶν υἱοῖς τοῦ λαοῦ, καὶ μερὶς οἴκου πατριᾶς τοῖς λευίταις.

6 ‡ καὶ θύσατε τὸ φασεχ καὶ τὰ ἅγια ἑτοιμάσατε τοῖς ἀδελφοῖς ὑμῶν τοῦ ποιῆσαι κατὰ τὸν λόγον κυρίου τοῦ διὰ χειρὸς μωυσῆ.

7 ‡ καὶ ἀπήρξατο ἰωσίας τοῖς υἱοῖς τοῦ λαοῦ πρόβατα, καὶ ἀμνούς, καὶ ἐρίφους ἀπὸ υἱῶν αἰγῶν πάντα εἰς τὸ φασεχ παντὶ τῷ εὑρισκομένῳ εἰς ἀριθμὸν τριάκοντα χιλιάδας, καὶ μόσχων τρεῖς χιλιάδας, ταῦτα ἀπὸ τῆς ὑπάρξεως τοῦ
8 βασιλέως. ‡ καὶ οἱ ἄρχοντες αὐτοῦ ἀπήρξαντο τῷ λαῷ καὶ τοῖς ἱερεῦσι, καὶ τοῖς λευίταις, καὶ χελκίας, καὶ ζαχαρίας, καὶ ἰεϊὴλ οἱ ἄρχοντες οἴκου τοῦ θεοῦ ἔδωκαν τοῖς ἱερεῦσιν εἰς τὸ φασεχ πρόβατα, καὶ ἀμνούς, καὶ ἐρίφους δύο χιλιάδας καὶ ἑξακοσίους καὶ μόσχους τριακοσίους.

9 ‡ καὶ χωνενίας, καὶ σαμέας, καὶ ναθαναὴλ ἀδελφὸς αὐτοῦ, καὶ ἀσαβίας, καὶ ἰεϊὴλ, καὶ ἰωαζαβὰδ ἄρχοντες τῶν λευιτῶν, ἀπήρξαντο τοῖς λευίταις εἰς τὸ φασεχ πρόβατα πενταχισχίλια καὶ μόσχους πενταχοσίους.

10 ‡ καὶ κατωρθώθη ἡ λειτουργία, καὶ ἔστησαν οἱ ἱερεῖς ἐπὶ τὴν στάσιν αὐτῶν καὶ οἱ λευῖται ἐπὶ τὰς διαιρέσεις αὐτῶν κατὰ τὴν ἐντολὴν τοῦ βασιλέως.

11 ‡ καὶ ἔθυσαν τὸ φασεχ, καὶ προσέχεον οἱ ἱερεῖς τὸ αἷμα ἐκ χειρὸς αὐτῶν, καὶ οἱ λευῖται ἐξέδειραν.

11 * וַיַּסִּירוּ הָעֹלָה לִתְתָּם לְמִפְלַגּוֹת לְבֵית־אָבוֹת
לִבְנֵי הָעָם לְהַקְרִיב לַיהוָה כַּכָּתוּב בְּסֵפֶר מֹשֶׁה
וְכֵן לַבָּקָר׃ * וַיְבַשְּׁלוּ הַפֶּסַח בָּאֵשׁ כַּמִּשְׁפָּט
וְהַקָּדָשִׁים בִּשְּׁלוּ בַּסִּירוֹת וּבַדּוּדִים וּבַצֵּלָחוֹת
וַיָּרִיצוּ לְכָל־בְּנֵי הָעָם׃

14 * וְאַחַר הֵכִינוּ לָהֶם וְלַכֹּהֲנִים כִּי הַכֹּהֲנִים
בְּנֵי אַהֲרֹן בְּהַעֲלוֹת הָעוֹלָה וְהַחֲלָבִים עַד־לָיְלָה
וְהַלְוִיִּם הֵכִינוּ לָהֶם וְלַכֹּהֲנִים בְּנֵי אַהֲרֹן׃

15 * וְהַמְשֹׁרְרִים בְּנֵי־אָסָף עַל־מַעֲמָדָם כְּמִצְוַת
דָּוִיד וְאָסָף וְהֵימָן וִידִתוּן חוֹזֵה הַמֶּלֶךְ וְהַשֹּׁעֲרִים
לְשַׁעַר וָשָׁעַר אֵין לָהֶם לָסוּר מֵעַל עֲבֹדָתָם כִּי־
אֲחֵיהֶם הַלְוִיִּם הֵכִינוּ לָהֶם׃

16 * וַתִּכּוֹן כָּל־עֲבוֹדַת יְהוָה בַּיּוֹם הַהוּא
לַעֲשׂוֹת הַפֶּסַח וְהַעֲלוֹת עֹלוֹת עַל מִזְבַּח יְהוָה
כְּמִצְוַת הַמֶּלֶךְ יֹאשִׁיָּהוּ׃

17 * וַיַּעֲשׂוּ בְנֵי־יִשְׂרָאֵל הַנִּמְצְאִים אֶת־הַפֶּסַח
בָּעֵת הַהִיא וְאֶת־חַג הַמַּצּוֹת שִׁבְעַת יָמִים׃

18 * וְלֹא־נַעֲשָׂה פֶסַח כָּמֹהוּ בְּיִשְׂרָאֵל מִימֵי
שְׁמוּאֵל הַנָּבִיא וְכָל־מַלְכֵי יִשְׂרָאֵל לֹא־עָשׂוּ כַּפֶּסַח
אֲשֶׁר־עָשָׂה יֹאשִׁיָּהוּ וְהַכֹּהֲנִים וְהַלְוִיִּם וְכָל־
יְהוּדָה וְיִשְׂרָאֵל הַנִּמְצָא וְיוֹשְׁבֵי יְרוּשָׁלָ͏ִם׃

19 * בִּשְׁמוֹנֶה עֶשְׂרֵה שָׁנָה לְמַלְכוּת יֹאשִׁיָּהוּ
נַעֲשָׂה הַפֶּסַח הַזֶּה׃ * אַחֲרֵי כָל־זֹאת
אֲשֶׁר הֵכִין יֹאשִׁיָּהוּ אֶת־הַבַּיִת עָלָה נְכוֹ מֶלֶךְ־
מִצְרַיִם לְהִלָּחֵם בִּכַרְכְּמִישׁ עַל־פְּרָת וַיֵּצֵא
לִקְרָאתוֹ יֹאשִׁיָּהוּ׃ * וַיִּשְׁלַח אֵלָיו מַלְאָכִים
לֵאמֹר מַה־לִּי וָלָךְ מֶלֶךְ יְהוּדָה לֹא עָלֶיךָ אַתָּה
הַיּוֹם כִּי אֶל־בֵּית מִלְחַמְתִּי וֵאלֹהִים אָמַר לְבַהֲלֵנִי
חֲדַל־לְךָ מֵאֱלֹהִים אֲשֶׁר־עִמִּי וְאַל־יַשְׁחִיתֶךָ׃

22 * וְלֹא־הֵסֵב יֹאשִׁיָּהוּ פָּנָיו מִמֶּנּוּ כִּי לְהִלָּחֵם בּוֹ
הִתְחַפֵּשׂ וְלֹא שָׁמַע אֶל־דִּבְרֵי נְכוֹ מִפִּי אֱלֹהִים
וַיָּבֹא לְהִלָּחֵם בְּבִקְעַת מְגִדּוֹ׃

23 * וַיֹּרוּ הַיֹּרִים לַמֶּלֶךְ יֹאשִׁיָּהוּ וַיֹּאמֶר הַמֶּלֶךְ
לַעֲבָדָיו הַעֲבִירוּנִי כִּי הֳחֳלֵיתִי מְאֹד׃

24 * וַיַּעֲבִירֻהוּ עֲבָדָיו מִן־הַמֶּרְכָּבָה וַיַּרְכִּיבֻהוּ
עַל רֶכֶב הַמִּשְׁנֶה אֲשֶׁר־לוֹ וַיּוֹלִיכֻהוּ יְרוּשָׁלַ͏ִם
וַיָּמָת וַיִּקָּבֵר בְּקִבְרוֹת אֲבֹתָיו וְכָל־יְהוּדָה וִירוּשָׁלַ͏ִם
מִתְאַבְּלִים עַל־יֹאשִׁיָּהוּ׃

12 * Et seperauerunt ea vt darent per domos & familias singulorum, & offerrétur Dño sicut scriptum est in libro Moysi, de
13 bobus quoque fecerunt similiter. *Et assauerunt Phase super igné iuxta quod in legé scriptum est. Pacificas verò hostias coxerunt in lebetibus & cacabis, & ollis; & festinatò distribuerunt vniuersæ plebi.

14 *Sibi autẽ & sacerdotibus postea parauerũt. Nam in oblatione holocaustorũ & adipum vsq; ad noctẽ sacerdotes fuerunt
C occupati, vnde & Leuitæ sibi & sacerdotibus filiis Aaron parauerunt nouissimis.

15 * Porrò cãtores filij Asaph stabãt in ordine suo iuxta præceptũ Dauid & Asaph, & Eman, & Iduthum prophetę regis Dauid. Ianitores verò ꝑ portas singulas obseruabant, ita vt nec puncto quidé discederent à ministerio. Quamobrẽ & fratres
16 eorũ Leuitę parauerũt eis cibos. *Omnis igitur cultura Dñi, ritè cõpleta est in die illa vt facerent Phase, & offerrent holocausta super altare Dñi iuxta præceptum
17 regis Iosiæ. *Fecerúntq; filij Israel qui reperti fuerant ibi Phase in tẽpore illo & solemnitatem azymorum septem diebus.

18 * Non fuit Phase simile huic in Israel à diebus Samuelis prophetæ, sed ne quisquam de cunctis regibus Israel fecit Phase, sicut Iosias sacerdotibus & Leuitis, &
19 omni Iudæ & Israel, qui repertus fuerat, & habitantibus in Hierusalem. *Octauo decimo anno regni Iosię hoc Phase ce-
20 lebratum est: *Postquam instauraue- 4. Reg. 23. c
rat Iosias templum, ascendit Nechao rex
D Ægypti ad pugnandum in Charchamis iuxta Euphratem, & processit in occur-
21 sum eius Iosias. *At ille missis ad eum nunciis, ait: Quid mihi & tibi rex Iuda? non aduersum te hodie venio, sed contra aliam pugno domum ad quam me Deus festinatò ire præcepit. Desine aduersum Deũ facere qui mecũ est ne interficiat te.

22 * Noluit Iosias reuerti, sed præparauit contra eum bellum, nec acquieuit sermonibus Nechao ex ore Dei, verùm perrexit vt dimicaret in campo Mageddo.

23 * Ibíque vulneratus à sagittarijs dixit pueris suis: Educite me de prẹlio, quia oppidò vulneratus sum.

24 * Qui transtulerunt eum de curru in alterum currum qui sequebatur eum more regio, & asportauerunt eum in Hierusalem. Mortuúsq; est & sepultus in Mausoleo patrum suorum, & vniuersus Iuda & Hierusalem luxerunt eum.

* *Et præparauerunt holocaustum vt darent*
eis iuxta diuisionem per domos familiarũ suarum filiis populi, vt offerrẽt Domino, sicut scriptum est in libro Moysi, & sic in mane.

* *Et assauerunt Phasech in igne secundũ iu-*
dicium, & sancta coxerunt in ahenis & in lebetibus; & prosperatum est, & cucurrerunt cursu ad omnes filios populi.

* *Et post hoc præparauerunt sibi ipsis &*
sacerdotibus, quoniã sacerdotes filij Aaron in oblatione holocaustorum & adipum vsque ad noctem, & Leuitæ præparauerunt sibi & fratribus suis filius Aaron.

* *Et cantores filij Asaph in statione sua iu-*
xta præcepta Dauid, Asaph & Eman & Idithum prophetarum regis, & principes & ianitores portæ & portæ, nõ est ipsis amoueri à ministerio eorum, quoniam fratres eorum Leuitæ præparauerunt eis.

* *Et præparatum est omne ministerium Do-*
mini in die illa, vt facerent Phasech & offerrẽt holocausta in altari Domini iuxta præceptum regis Iosiæ.

* *Et fecerũt filij Israel qui reperti sunt Pha-*
sech in tempore illo, & solemnitatem Azymorum septem diebus.

* *Et non fuit Phasech simile illi in Israel à*
diebus Samuel prophetæ, & omnes reges Israel non fecerunt Phasech quod fecit Iosias & sacerdotes & Leuitæ & omnis Juda & Israel, qui reperti sunt & qui habitabant in Hierusalem Domino. * *In octauo decimo anno regni*
Iosiæ factum est Phasech hoc.

* *Et post hæc omnia quæ præparauit Iosias*
domum, ascendit Pharao Nechao rex Ægypti contra regem Assyriorum in flumine Euphrate, ad oppugnandum eum in Charchamis, & iuit Iosias rex in occursum ei.

* *Et misit ad eum Pharao nuncios, dicens:*
Quid mihi & tibi rex Juda? nõ aduersus te venio hodie vt faciam bellum, sed contra locum belli mei: & Deus dixit vt properarem ego: caue tu à Deo qui est mecum, ne corrumpat te.

* *Et non conuertit Iosias faciem suam ab eo,*
sed fortificatus est vt bellaret ipse. & nõ audiuit Iosias sermones Pharaonis Nechao de ore Dei, & venit ad bellandum in cãpo Mageddõ.

* *Et sagittauerunt sagittarij contra regem*
Iosiã, et dixit rex seruis suis, Educite me, quoniam laboraui valde.

* *Et eduxerunt eum serui eius à curru, &*
imposuerunt eum super currum secundum, qui erat eius, & adduxerunt eum in Hierusalem, & mortuus est Iosias & sepultus est cum patribus suis; & omnis Juda & Hierusalem luxerunt super Iosiam.

12 * καὶ ἡτοίμασαν τὴν ὁλοκάυτωσιν παραδοῦναι αὐτοῖς κ̄ τὴν διαίρεσιν κατ' οἴκους πατριῶν αὐτῶν τοῖς υἱοῖς ⁊ λαοῦ, ⁊ προσενεγκεῖν τῷ κυρίῳ, ὡς γέγραπται ἐν βιβλίῳ μωυσῆ, καὶ ὕτως εἰς τὰ βόες.

13 * ⁊ ὤπτησαν τὸ φασεὶχ ἐν πυρὶ κ̄ τὴν κρίσιν, ⁊ τὰ ἅγια ἥψησαν ἐν τοῖς χαλκείοις ⁊ ἐν τοῖς λέβησι, καὶ διῳδώθη· καὶ ἔδραμον δρόμῳ πρὸς πάντας υἱοὺς ⁊ λαοῦ.

14 * καὶ μ̄τ' ταῦτο ἡτοίμασαν ἑαυτοῖς καὶ τοῖς ἱερεῦσιν, ὅτι ⁊ ἱερεῖς υἱοὶ ἀαρὼν ἐν ἀναφορᾷ τῶν ὁλοκαυτωμάτων, ⁊ τῶν στεάτων ἕως νυκτός, καὶ οἱ λευῖται ἡτοίμασαν ἑαυτοῖς καὶ τοῖς ἀδελφοῖς αὐτῶν υἱοῖς ἀαρών.

15 * ⁊ οἱ ψαλτῳδοὶ υἱοὶ ἀσὰφ ἐπὶ τ στάσεως αὐτῶν κ̄ τὰς ἐντολὰς δαυὶδ ἀσάφ, ⁊ αἰμὰν, ⁊ ἰδιθοὺμ τῶν προφητῶν βασιλέως· ⁊ οἱ ἄρχοντες ⁊ οἱ πυλωροὶ πύλης καὶ πύλης, οὐκ ἔστιν αὐτοῖς κινεῖσθαι ἀπὸ τ λειτουργίας αὐτῶν, ὅτι οἱ ἀδελφοὶ αὐτῶν οἱ λευῖται ἡτοίμασαν αὐτοῖς.

16 * καὶ κατωρθώθη πᾶσα ἡ λειτουργία κυρίου τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ, ⁊ ποιῆσαι τὸ φασεὶχ ⁊ ἐνεγκεῖν τὰ ὁλοκαυτώματα ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον κυρίου κ̄ τὴν ἐντολὴν ⁊ βασιλέως

17 ἰωσίου. * ⁊ ἐποίησαν οἱ υἱοὶ ἰσραὴλ οἱ εὑρεθέντες τὸ φασεὶχ ἐν τῷ καιρῷ ἐκείνῳ, ⁊ τὴν ἑορτὴν τῶν ἀζύμων ἑπτὰ ἡμέ-

18 ρας. * ⁊ οὐκ ἐγένετο τὸ φασεὶχ ὅμοιον αὐτῷ ἐν ἰσραὴλ ἀπὸ ἡμερῶν σαμουὴλ ⁊ προφήτου· ⁊ πάντες βασιλεῖς ἰσραὴλ οὐκ ἐποίησαν τὸ φασεὶχ ὃ ἐποίησεν ἰωσίας καὶ οἱ ἱερεῖς ⁊ οἱ λευῖται, ⁊ πᾶς ἰούδα ⁊ ἰσραὴλ, οἱ εὑρεθέντες ⁊

19 οἱ κατοικοῦντες ἐν ἱερουσαλὴμ τῷ κυρίῳ. * ἐν τῷ ἑνδεκάτῳ ἔτει τ βασιλείας ἰωσίου ἐποιήθη τὸ φασεὶχ ταῦτο.

20 * ⁊ μ̄τ' ταῦτα πάντα ἃ ἡτοίμασεν ἰωσίας τὸν οἶκον, ἀνέβη φαραὼ νεχαὼ βασιλεὺς αἰγύπτου ἐπὶ τὸν βασιλέα ἀσσυρίων ἐπὶ ποταμῷ εὐφράτῃ, ⁊ πολεμῆσαι αὐτὸν ἐν χαρχαμεῖς· ⁊ ἐπορεύθη ἰωσίας ὁ βασιλεὺς εἰς συνάντησιν αὐτῷ.

21 * καὶ ἀπέστειλε πρὸς αὐτὸν φαραὼ ἀγγέλους, λέγων· τί ἐμοὶ καὶ σοὶ βασιλεῦ ἰούδα; οὐκ ἐπὶ σὲ ἥκω σήμερον ποιῆσαι πόλεμον, ἀλλ' ἢ ἐπὶ τὸν τόπον ⁊ πολέμου μου· ⁊ ὁ θεὸς εἶπε ταχῦναί με· πρόσεχε σὺ ἀπὸ ⁊ θεοῦ ⁊ μετ' ἐμοῦ, μὴ καταφθείρῃ σε.

22 * καὶ οὐκ ἀπέστρεψεν ἰωσίας τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ἀπ' αὐτοῦ, ἀλλ' ἐκραταιώθη ⁊ πολεμεῖν αὐτόν· ⁊ οὐκ ἤκουσεν ἰωσίας τῶν λόγων φαραὼ νεχαὼ ἐκ στόματος θεοῦ, καὶ ἦλθε ⁊ πολεμῆσαι ἐν τῷ πεδίῳ μαγεδδών.

23 * καὶ ἐτόξευσαν οἱ τοξόται ἐπὶ τὸν βασιλέα ἰωσίαν· ⁊ εἶπεν ὁ βασιλεὺς τοῖς παισὶν αὐτοῦ, ἐξάγετέ με ὅτι ἐπόνεσα σφόδρα.

24 * ⁊ ἐξήγαγον αὐτὸν οἱ παῖδες αὐτοῦ ἀπὸ ⁊ ἅρματος, ⁊ ἐνεβίβασαν αὐτὸν ἐπὶ τὸ ἅρμα τὸ δεύτερον, ὃ ἦν αὐτοῦ, ⁊ ἤγαγον αὐτὸν εἰς ἱερουσαλήμ, καὶ ἀπέθανεν ἰωσίας ⁊ ἐτάφη μ̄τ' τῶν πατέρων αὐτοῦ· καὶ πᾶς ἰούδα καὶ ἱερουσαλὴμ ἐπένθησαν ἐπὶ ἰωσίαν.

25 * וַיְקוֹנֵן יִרְמְיָהוּ עַל־יֹאשִׁיָּהוּ וַיֹּאמְרוּ כָּל־
הַשָּׁרִים וְהַשָּׁרוֹת בְּקִינוֹתֵיהֶם עַל־יֹאשִׁיָּהוּ עַד־
הַיּוֹם וַיִּתְּנוּם לְחֹק עַל־יִשְׂרָאֵל וְהִנָּם כְּתוּבִים
26 עַל־הַקִּינוֹת׃ * וְיֶתֶר דִּבְרֵי יֹאשִׁיָּהוּ וַחֲסָדָיו
27 כַּכָּתוּב בְּתוֹרַת יְהוָה׃ * וּדְבָרָיו הָרִאשֹׁנִים
וְהָאַחֲרֹנִים הִנָּם כְּתוּבִים עַל־סֵפֶר מַלְכֵי־יִשְׂרָאֵל
וִיהוּדָה׃

לו

1 * וַיִּקְחוּ עַם־הָאָרֶץ אֶת־יְהוֹאָחָז
בֶּן־יֹאשִׁיָּהוּ וַיַּמְלִיכֻהוּ תַּחַת־אָבִיו בִּירוּשָׁלִָם׃
2 * בֶּן־שָׁלֹשׁ וְעֶשְׂרִים שָׁנָה יוֹאָחָז בְּמָלְכוֹ
וּשְׁלֹשָׁה חֳדָשִׁים מָלַךְ בִּירוּשָׁלִָם׃
3 * וַיְסִירֵהוּ מֶלֶךְ־מִצְרַיִם בִּירוּשָׁלִַם וַיַּעֲנֹשׁ
אֶת־הָאָרֶץ מֵאָה כִכַּר־כֶּסֶף וְכִכַּר זָהָב׃
4 * וַיַּמְלֵךְ מֶלֶךְ־מִצְרַיִם אֶת־אֶלְיָקִים אָחִיו
עַל־יְהוּדָה וִירוּשָׁלִַם וַיַּסֵּב אֶת־שְׁמוֹ יְהוֹיָקִים
וְאֶת־יוֹאָחָז אָחִיו לָקַח נְכוֹ וַיְבִיאֵהוּ מִצְרַיְמָה׃
5 * בֶּן־עֶשְׂרִים וְחָמֵשׁ שָׁנָה יְהוֹיָקִים בְּמָלְכוֹ
וְאַחַת עֶשְׂרֵה שָׁנָה מָלַךְ בִּירוּשָׁלִַם וַיַּעַשׂ הָרַע
6 בְּעֵינֵי יְהוָה אֱלֹהָיו׃ * עָלָיו עָלָה נְבוּכַדְנֶאצַּר
מֶלֶךְ בָּבֶל וַיַּאַסְרֵהוּ בַּנְחֻשְׁתַּיִם לְהֹלִיכוֹ בָּבֶלָה׃
7 * וּמִכְלֵי בֵית יְהוָה הֵבִיא נְבוּכַדְנֶאצַּר לְבָבֶל
8 וַיִּתְּנֵם בְּהֵיכָלוֹ בְּבָבֶל׃ * וְיֶתֶר דִּבְרֵי יְהוֹיָקִים
וְתוֹעֲבֹתָיו אֲשֶׁר עָשָׂה וְהַנִּמְצָא עָלָיו הִנָּם
כְּתוּבִים עַל־סֵפֶר מַלְכֵי יִשְׂרָאֵל וִיהוּדָה וַיִּמְלֹךְ
9 יְהוֹיָכִין בְּנוֹ תַּחְתָּיו׃ * בֶּן־שְׁמוֹנֶה שָׁנִים יְהוֹיָכִין
בְּמָלְכוֹ וּשְׁלֹשָׁה חֳדָשִׁים וַעֲשֶׂרֶת יָמִים מָלַךְ
בִּירוּשָׁלִַם וַיַּעַשׂ הָרַע בְּעֵינֵי יְהוָה׃
10 * וְלִתְשׁוּבַת הַשָּׁנָה שָׁלַח הַמֶּלֶךְ נְבוּכַדְנֶאצַּר
וַיְבִאֵהוּ בָבֶלָה עִם־כְּלֵי חֶמְדַּת בֵּית־יְהוָה וַיַּמְלֵךְ
אֶת־צִדְקִיָּהוּ אָחִיו עַל־יְהוּדָה וִירוּשָׁלִָם׃
11 * בֶּן־עֶשְׂרִים וְאַחַת שָׁנָה צִדְקִיָּהוּ בְּמָלְכוֹ
וְאַחַת עֶשְׂרֵה שָׁנָה מָלַךְ בִּירוּשָׁלִָם׃
12 * וַיַּעַשׂ הָרַע בְּעֵינֵי יְהוָה אֱלֹהָיו לֹא נִכְנַע
מִלִּפְנֵי יִרְמְיָהוּ הַנָּבִיא מִפִּי יְהוָה׃
13 * וְגַם בַּמֶּלֶךְ נְבוּכַדְנֶאצַּר מָרַד אֲשֶׁר הִשְׁבִּיעוֹ
בֵּאלֹהִים וַיֶּקֶשׁ אֶת־עָרְפּוֹ וַיְאַמֵּץ אֶת־לְבָבוֹ
מִשּׁוּב אֶל־יְהוָה אֱלֹהֵי יִשְׂרָאֵל׃

25 * Hieremias maximè, cuius omnes cantores atq; cantratrices vsq; in præsentem diẽ lamentationes super Iosiã replicant, & quasi lex obtinuit in Israel: Ecce scriptũ
26 fertur in lamentationibus. * Reliqua autem sermonũ Iosiæ & misericordiarũ eius
27 quæ lege præcepta sunt Dñi: * Opera quoq; illius prima & nouissima scripta sunt in libro Regum Israel & Iuda.

CAP. XXXVI.

1 TVlit ergo populus terræ Ioachaz filiũ 4. Reg. 23. f.
A Iosiæ, & constituit regem pro patre
2 suo in Hierusalem. * Viginti trium annorũ erat Ioachaz cùm regnare cœpisset, & tribus mensibus regnauit in Hierusalẽ.
3 * Amouit autem eum rex Ægypti cùm venisset in Hierusalem, & condemnauit terram centum talentis argenti & talento
4 auri. * Constituítq; pro eo regem Eliachim fratrem eius super Iudam & Hierusalem, & vertit nomẽ eius Ioachim. Ipsum verò Ioachaz tulit secum, & adduxit in
5 Ægyptum. * Viginti quinq; annorum erat Ioachim cùm regnare cœpisset, & vndecim annis regnauit in Hierusalẽ. fecítque malum coram Domino Deo suo.
6 * Contra hunc ascendit Nabuchodonosor rex Chaldæorum, & vinctum catenis duxit in Babylonem.
7 * Ad quam & vasa Domini transtulit, & posuit ea in templo suo.
8 * Reliqua autẽ verborum Ioachim &
B abominationũ eius, quas operatus est & quę inuenta sunt in eo, continentur in libro Regum Iuda & Israel. Regnauit autẽ Ioacim filius eius pro eo.
9 * Octo annorum erat Ioacim cùm regnare cœpisset, & tribus mensibus ac decem diebus regnauit in Hierusalem: fecítque malum in conspectu Domini.
10 * Cúmq; anni circulus volueretur, misit Nabuchodonosor rex nuncios, qui & adduxerunt eum in Babylonem, asportatis simul preciosissimis vasis domus Domini. Regem verò constituit Sedechiam fratrem eius super Iudam & Hierusalem.
11 * Viginti & vnius anni erat Sedechias cùm regnare cœpisset; & vndecim annis
12 regnauit in Hierusalem. * Fecítque malum in oculis Domini Dei sui, nec erubuit faciem Hieremiæ prophetæ loquen-
13 tis ad se ex ore Domini. * A rege quoq; Nabuchodonosor recessit qui adiurauerat eum per Deum; & indurauit ceruicem
C suam, & cor, vt non reuerteretur ad Dominum Deum Israel.

* *Et lamentatus est Hieremias super Josiam, & dixerunt omnes principes & dominatrices lamentationem super Josiam usq; ad hodie; & dederunt eam in præceptum in Israel, & ecce scripta est in lamentationibus.*

* *Et fuerunt sermones Josiæ & spes eius & misericordiæ eius, sicut scriptum est in lege Dñi.* * *& sermones eius primi & nouissimi, nonne sunt scripti in libro Regũ Israel et Judæ?*

CAP. XXXVI.

ET tulit populus terræ Joachaz filium Josiæ, & unxerunt eum, & constituerunt eum in regem pro patre suo in Hierusalem.

* *Filius existens trium & viginti annorum Joachaz cùm regnaret ipse, & tribus mensibus regnauit in Hierusalem.*

* *Et amouit eum rex Ægypti vt non regnaret ipse in Hierusalem: & imposuit rex Ægypti tributum super terram centum talenta argenti & talentum auri.*

* *Et constituit rex Ægypti Eliacim filium Josiæ regem super Judam & Hierusalem, & vertit nomen eius Joacim, & Joachaz fratrem eius cepit Pharao Nechao, & adduxit eum in Ægyptum.*

* *Filius existens viginti & quinque annorum Joacim cùm regnaret ipse; & undecim annis regnauit in Hierusalem, & fecit malum coram Domino.* * *Et ascendit cõtra eum Nabuchodonosor rex Babylonis, & ligauit eum in æreis cõpedibus, & abduxit eum in Babylonẽ.*

* *Et partem vasorum domus Domini transtulit in Babylonem, & posuit ipsa in templo suo in Babylone.* * *Et reliqua sermonum Joacim et omnia quæ fecit; nonne hæc scripta sunt in libro sermonum dierum Regum Israel & Judæ? & regnauit Jechonias filius eius pro eo.*

* *Filius octo annorum Jechonias cùm regnaret ipse, & tribus mensibus, & decem diebus regnauit in Hierusalem, & fecit malum coram Domino.*

* *Et vertente anno, misit rex Nabuchodonosor, & adduxit eum in Babylonem cum vasis desiderabilibus domus Domini, & regem constituit Sedeciam fratrem patris sui super Judam & Hierusalem.*

* *Annorum viginti vnius Sedecias cùm regnaret ipse, & undecim annis regnauit in Hierusalem.* * *Et fecit malum coram Domino Deo suo; & non erubuit à facie Hieremiæ prophetæ, & de ore Domini:*

* *In eo quòd contra regem Nabuchodonosor præuaricatus esset, quæ adiurauit eum per Deum, & indurauit ceruicem suam, et confortatus est vt non conuerteretur ad Dominum Deum Israel.*

15 * καὶ ἐθρήνεσεν ἱερεμίας ἐπὶ ἰωσίαν· καὶ εἶπον πάντες
οἱ ἄρχοντες καὶ αἱ ἄρχουσαι θρῆνον ἐπὶ ἰωσίαν ἕως τῆς
σήμερον· καὶ ἔδωκαν αὐτὸν εἰς πρόσταγμα ἐπὶ ἰσραήλ, καὶ
ἰδοὺ γέγραπται ἐπὶ τῶν θρήνων.

16 * καὶ ἦσαν οἱ λόγοι ἰωσίου καὶ ἡ ἐλπὶς αὐτοῦ, καὶ τὰ ἐ-
17 λέη αὐτοῦ, καθὼς γέγραπται ἐν νόμῳ κυρίου· * καὶ οἱ λό-
γοι αὐτοῦ οἱ πρῶτοι καὶ οἱ ἔσχατοι ἰδοὺ ἰδοὺ εἰσὶ γεγραμ-
μένοι ἐπὶ βιβλίου βασιλέων ἰσραὴλ καὶ ἰούδα;

λς'.

1 * Καὶ ἔλαβεν ὁ λαὸς τῆς γῆς τὸν ἰωάχαζ υἱὸν ἰωσίου, καὶ
ἔχρισαν αὐτὸν, καὶ κατέστησαν αὐτὸν εἰς βασιλέα ἀντὶ τοῦ
2 πατρὸς αὐτοῦ ἐν ἰερουσαλήμ. * υἱὸς ὢν τριῶν καὶ εἴκοσι
ἐτῶν ἰωάχαζ ἐν τῷ βασιλεύειν αὐτὸν, καὶ τρίμηνον ἐβα-
3 σίλευσεν ἐν ἰερουσαλήμ. * καὶ μετέστησεν αὐτὸν ὁ βα-
σιλεὺς αἰγύπτου ἀπὸ μὴ βασιλεύειν αὐτὸν ἐν ἰερουσαλήμ,
καὶ ἐπέβαλεν ὁ βασιλεὺς αἰγύπτου φόρον ἐπὶ τὴν γῆν
ἑκατὸν τάλαντα ἀργυρίου καὶ τάλαντον χρυσίου.

4 * καὶ κατέστησε βασιλεὺς αἰγύπτου τὸν ἐλιακεὶμ υἱὸν
ἰωσίου βασιλέα ἐπὶ ἰούδα καὶ ἰερουσαλήμ, καὶ μετέστρεψε
τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἰωακεὶμ, καὶ τὸν ἰωάχαζ ἀδελφὸν αὐτοῦ ἔ-
λαβε φαραὼ νεχαὼ καὶ εἰσήγαγεν αὐτὸν εἰς αἴγυπτον.

5 * υἱὸς ὢν εἴκοσι καὶ πέντε ἐτῶν ἰωακεὶμ ἐν τῷ βασιλεύειν
αὐτόν· καὶ ἕνδεκα ἔτη ἐβασίλευσεν ἐν ἰερουσαλήμ, καὶ ἐποίη-
σε τὸ πονηρὸν ἐνώπιον κυρίου.

6 * καὶ ἀνέβη ἐπ' αὐτὸν ναβουχοδονόσορ ὁ βασιλεὺς βα
βυλῶνος, καὶ ἔδησεν αὐτὸν ἐν χαλκαῖς πέδαις, καὶ ἀπήγα-
γεν αὐτὸν εἰς βαβυλῶνα.

7 * καὶ μέρος τῶν σκευῶν οἴκου κυρίου ἀπήνεγκεν εἰς βαβυ-
λῶνα, καὶ ἔθηκεν αὐτὰ ἐν τῷ ναῷ αὐτοῦ ἐν βαβυλῶνι.

8 * καὶ τὰ λοιπὰ τῶν λόγων ἰωακεὶμ καὶ πάντα ἃ ἐποίησεν,
ἰδοὺ ταῦτα γέγραπται ἐν βιβλίῳ λόγων τῶν ἡμερῶν
τῶν βασιλέων ἰσραὴλ καὶ ἰούδα; καὶ ἐβασίλευσεν ἰεχο-
νίας υἱὸς αὐτοῦ ἀντ' αὐτοῦ.

9 * υἱὸς ὀκτὼ ἐτῶν ἰεχονίας ἐν τῷ βασιλεύειν αὐτόν, καὶ
τρίμηνον καὶ δέκα ἡμέρας ἐβασίλευσεν ἐν ἰερουσαλήμ,
καὶ ἐποίησε τὸ πονηρὸν ἐνώπιον κυρίου.

10 * καὶ ἐπαρέφοντος ἐνιαυτοῦ, ἀπέστειλεν ὁ βασι-
λεὺς ναβουχοδονόσορ, καὶ εἰσήγαγεν αὐτὸν εἰς βαβυλῶνα
μετὰ τῶν σκευῶν τῶν ἐπιθυμητῶν οἴκου κυρίου· καὶ ἐβασί-
λευσεν σεδεκίαν ἀδελφὸν πατρὸς αὐτοῦ ἐπὶ ἰούδαν καὶ
11 ἰερουσαλήμ. * ἐτῶν εἴκοσιν ἑνὸς σεδεκίας ἐν τῷ βασι-
λεύειν αὐτόν, καὶ ἕνδεκα ἔτη ἐβασίλευσεν ἐν ἰερουσαλήμ.

12 * καὶ ἐποίησε τὸ πονηρὸν ἐνώπιον κυρίου θεοῦ αὐτοῦ· καὶ
οὐκ ἐνετράπη ἀπὸ προσώπου ἰερεμίου καὶ προφήτου καὶ
ἐκ στόματος κυρίου·

13 * ἐν τῷ καὶ προσὸς τὸν βασιλέα ναβεχοδονόσορ ἀθε-
τῆσαι, ἃ ὤρκισεν αὐτὸν κατὰ τοῦ θεοῦ, καὶ ἐσκλήρυνε τὸν τρά-
χηλον αὐτοῦ, καὶ κατίσχυσεν τοῦ μὴ ἐπιστρέψαι πρὸς
κύριον θεὸν ἰσραήλ.

14 * גַּם כָּל־שָׂרֵי הַכֹּהֲנִים וְהָעָם הִרְבּוּ לִמְעֹל־
מַעַל כְּכֹל תּוֹעֲבוֹת הַגּוֹיִם וַיְטַמְּאוּ אֶת־בֵּית
יְהוָה אֲשֶׁר הִקְדִּישׁ בִּירוּשָׁלִָם׃

15 * וַיִּשְׁלַח יְהוָה אֱלֹהֵי אֲבוֹתֵיהֶם עֲלֵיהֶם
בְּיַד־מַלְאָכָיו הַשְׁכֵּם וְשָׁלוֹחַ כִּי־חָמַל עַל־עַמּוֹ
16 וְעַל־מְעוֹנוֹ׃ * וַיִּהְיוּ מַלְעִבִים בְּמַלְאֲכֵי הָאֱלֹהִים
וּבוֹזִים דְּבָרָיו וּמִתַּעְתְּעִים בִּנְבִיאָיו עַד עֲלוֹת
חֲמַת־יְהוָה בְּעַמּוֹ עַד־לְאֵין מַרְפֵּא׃

17 * וַיַּעַל עֲלֵיהֶם אֶת־מֶלֶךְ כַּשְׂדִּיִּים וַיַּהֲרֹג
בַּחוּרֵיהֶם בַּחֶרֶב בְּבֵית מִקְדָּשָׁם וְלֹא חָמַל עַל־
בָּחוּר וּבְתוּלָה זָקֵן וְיָשִׁישׁ הַכֹּל נָתַן בְּיָדוֹ׃

18 * וְכֹל כְּלֵי בֵית הָאֱלֹהִים הַגְּדֹלִים וְהַקְּטַנִּים
וְאֹצְרוֹת בֵּית יְהוָה וְאוֹצְרוֹת הַמֶּלֶךְ וְשָׂרָיו הַכֹּל
19 הֵבִיא בָבֶל׃ * וַיִּשְׂרְפוּ אֶת־בֵּית הָאֱלֹהִים
וַיְנַתְּצוּ אֵת חוֹמַת יְרוּשָׁלִַם וְכָל־אַרְמְנוֹתֶיהָ שָׂרְפוּ
בָאֵשׁ וְכָל־כְּלֵי מַחֲמַדֶּיהָ לְהַשְׁחִית׃

20 * וַיֶּגֶל הַשְּׁאֵרִית מִן־הַחֶרֶב אֶל־בָּבֶל וַיִּהְיוּ־לוֹ
וּלְבָנָיו לַעֲבָדִים עַד־מְלֹךְ מַלְכוּת פָּרָס׃

21 * לְמַלֹּאות דְּבַר־יְהוָה בְּפִי יִרְמְיָהוּ עַד־רָצְתָה
הָאָרֶץ אֶת־שַׁבְּתוֹתֶיהָ כָּל־יְמֵי הַשַּׁמָּה שָׁבָתָה
לְמַלֹּאות שִׁבְעִים שָׁנָה׃

22 * וּבִשְׁנַת אַחַת לְכוֹרֶשׁ מֶלֶךְ פָּרַס לִכְלוֹת
דְּבַר־יְהוָה בְּפִי יִרְמְיָהוּ הֵעִיר יְהוָה אֶת־רוּחַ
כּוֹרֶשׁ מֶלֶךְ־פָּרַס וַיַּעֲבֶר־קוֹל בְּכָל־מַלְכוּתוֹ וְגַם־
23 בְּמִכְתָּב לֵאמֹר׃ * כֹּה־אָמַר כּוֹרֶשׁ מֶלֶךְ פָּרַס
כָּל־מַמְלְכוֹת הָאָרֶץ נָתַן לִי יְהוָה אֱלֹהֵי הַשָּׁמַיִם
וְהוּא־פָקַד עָלַי לִבְנוֹת־לוֹ בַּיִת בִּירוּשָׁלִַם
אֲשֶׁר בִּיהוּדָה מִי־בָכֶם מִכָּל־עַמּוֹ יְהוָה אֱלֹהָיו
עִמּוֹ וְיָעַל׃

14 * Sed & vniuersi principes sacerdotum & populus præuaricati sunt iniquè iuxta vniuersas abominationes gentium, & polluerunt domum Domini quã sanctificauerat sibi in Hierusalem.

15 * Mittebat autem Dominus Deus patrum suorum ad illos per manum nũciorum suorũ, de nocte consurgens, & quotidie commonens, eo quòd parceret populo & habitaculo suo.

16 At illi subsannabant nuncios Dei, & paruipendebant sermones eius, illudebãt prophetis donec ascenderet furor Domini in populum eius, & esset nulla curatio.

17 * Adduxit enim super eos regem Chaldęorum, & interfecit iuuenes eorum gladio in domo sanctuarij. Non est misertus adolescentis & virginis & senis, nec decrepiti quidem, sed omnes tradidit in manibus eius.

18 * Vniuersaque vasa domus Dei tã maiora quàm minora, & thesauros templi & regis & principum transtulit in Babylonẽ.

19 * Incenderunt hostes domum Dei, destruxeruntque murum Hierusalem. Vniuersas turres combusserunt, & quicquid pretiosum fuerat, demoliti sunt.

20 * Si quis euaserat gladiũ, ductus in Babylonem seruiuit regi, & filiis eius, donec imperaret rex Persarum:

21 * Et compleretur sermo Domini ex ore Hieremiæ, & celebraret terra sabbata sua. Cũctis enim diebus desolationis egit sabbatum vsque dum complerentur septuaginta anni. Hier. 25. c. & 29. c

22 * Anno autem primo Cyri regis Persarum, ad explẽdum sermonem Domini, quem locutus fuerat per os Hieremię, suscitauit Dominus spiritũ Cyri regis Persarum qui iussit prædicari in vniuerso regno suo, etiam per scripturam dicens:

23 * Hæc dicit Cyrus rex Persarum: Omnia regna terrę dedit mihi Dominus Deus cæli, & ipse præcepit mihi vt ædificarem ei domum in Hierusalem quæ est in Iudæa. Quis ex vobis est in omni populo eius? Sit Dominus Deus suus cum eo, & ascendat. 1. Esd. 1.

תם ונשלם ספר דברי הימים

14 * Et omnes inclyti Juda & sacerdotes, & populus terræ impleuerunt vt præuaricarētur præuaricationes secundùm abominationes gentium, & polluerunt domum Domini quæ in Hierusalem.

15 * Et misit Dominus Deus patrum suorum ad eos in manu prophetarum, manè consurgens & mittens nuncios suos, quoniam erat parcens populo suo, & sanctuario suo.

16 * Et fuerunt subsannantes nuncios eius, & paruipendentes sermones eius, & illudentes in prophetis eius, vsq; quo ascendit furor Domini in populum suum, vsque quo non fuit curatio.

17 * Et adduxit cōtra eos regem Chaldæorum, & interfecit iuuenes eorum in gladio, in domo sanctuarij sui, & non pepercit adolescentibus, & virginum eorum non misertus est, et seniores eorum abduxit, omnia tradidit in manibus eius.

18 * Et omnia vasa domus Domini magna & parua, & thesauros domus Domini, & omnes thesauros regis, & principum omnia intulit in Babylonem.

19 * Et incendit domum Domini, & destruxit murum Hierusalem, & turres eius incendit in igne, & omne vas pulchrum in interitum.

20 * Et transtulit reliquos in Babylonem, & fuerunt ei & filiis eius in seruos vsque ad regnum Medorum.

21 * Vt compleretur sermo Domini per os Hieremiæ, vsque quo susciperet terra sabbata sua vt ageret sabbata, cunctis diebus desolationis suæ egit sabbata in complementum annorum septuaginta.

22 * Anno primo Cyri regis Persarum, postquam impletum est verbum Domini per os Hieremiæ, suscitauit Dominus spiritum Cyri regis Persarum, & iussit prædicare in omni regno suo in sermonibus, scriptura dicens:

23 * Hæc dicit Cyrus rex Persarum omnibus regnis terræ: Dedit mihi Dominus Deus cæli, & ipse præcepit mihi, vt ædificarem ei domum in Hierusalem quæ in Judæa. quis ex vobis ex omni populo suo? Dominus Deus eius erit cum eo, ascendat.

14 * καὶ πάντες οἱ ἔνδοξοι ἰούδα καὶ οἱ ἱερεῖς, καὶ ὁ λαὸς τῆς γῆς ἐπλήθυναν τοῦ ἀθετῆσαι ἀθετήματα κατὰ τὰ βδελύγματα ἐθνῶν, καὶ ἐμίαναν τὸν οἶκον κυρίου τὸν ἐν ἱερουσαλήμ.

15 * καὶ ἐξαπέστειλε κύριος ὁ θεὸς τῶν πατέρων αὐτῶν πρὸς αὐτοὺς ἐν χειρὶ τῶν προφητῶν, ὀρθρίζων καὶ ἀποστέλλων τοὺς ἀγγέλους αὐτοῦ, ὅτι ἦν φειδόμενος τοῦ λαοῦ αὐτοῦ, καὶ τοῦ ἁγιάσματος αὐτοῦ.

16 * καὶ ἦσαν μυκτηρίζοντες τοὺς ἀγγέλους αὐτοῦ, καὶ ἐξουδενοῦντες τοὺς λόγους αὐτοῦ, καὶ ἐμπαίζοντες ἐν τοῖς προφήταις αὐτοῦ, ἕως ἀνέβη ὁ θυμὸς κυρίου ἐν τῷ λαῷ αὐτοῦ, ἕως οὐκ ἦν ἴαμα.

17 * καὶ ἤγαγεν ἐπ' αὐτοὺς βασιλέα χαλδαίων, καὶ ἀπέκτεινε τοὺς νεανίσκους αὐτῶν ἐν ῥομφαίᾳ ἐν οἴκῳ ἁγιάσματος αὐτοῦ· καὶ οὐκ ἐφείσατο τῶν νεανίσκων, καὶ τὰς παρθένους αὐτῶν οὐκ ἠλέησεν, καὶ τοὺς πρεσβυτέρους αὐτῶν ἀπήγαγεν, τὰ πάντα παρέδωκεν ἐν χερσὶν αὐτοῦ.

18 * καὶ πάντα τὰ σκεύη οἴκου κυρίου τὰ μεγάλα καὶ τὰ μικρά, καὶ τοὺς θησαυροὺς οἴκου κυρίου, καὶ πάντας τοὺς θησαυροὺς τοῦ βασιλέως, καὶ τῶν μεγιστάνων πάντα εἰσήνεγκεν εἰς βαβυλῶνα.

19 * καὶ ἐνέπρησε τὸν οἶκον κυρίου, καὶ κατέσκαψεν τὸ τεῖχος ἱερουσαλήμ, καὶ τὰς βάρεις αὐτῆς ἐνέπρησεν ἐν πυρί, καὶ πᾶν σκεῦος ὡραῖον εἰς ἀφανισμόν.

20 * καὶ ἀπώκισε τοὺς καταλοίπους εἰς βαβυλῶνα· καὶ ἦσαν αὐτῷ καὶ τοῖς υἱοῖς αὐτοῦ εἰς δούλους ἕως βασιλείας μήδων·

21 * τοῦ πληρωθῆναι λόγον κυρίου διὰ στόματος ἱερεμίου, ἕως τοῦ προσδέξασθαι τὴν γῆν τὰ σάββατα αὐτῆς σαββατίσαι, πάσας τὰς ἡμέρας τῆς ἐρημώσεως αὐτῆς ἐσαββάτισεν εἰς συμπλήρωσιν ἐτῶν ἑβδομήκοντα.

22 * ἔτους πρώτου κύρου βασιλέως περσῶν, μετὰ τὸ πληρωθῆναι ῥῆμα κυρίου διὰ στόματος ἱερεμίου, ἐξήγειρε κύριος τὸ πνεῦμα κύρου βασιλέως περσῶν, καὶ παρήγγειλε κηρύξαι ἐν πάσῃ τῇ βασιλείᾳ αὐτοῦ ἐν λόγοις, γραφῇ λέγων·

23 * τάδε λέγει κύρος βασιλεὺς περσῶν πάσαις ταῖς βασιλείαις τῆς γῆς· ἔδωκέ μοι κύριος ὁ θεὸς τοῦ οὐρανοῦ, καὶ αὐτὸς ἐνετείλατό μοι, οἰκοδομῆσαι αὐτῷ οἶκον ἐν ἱερουσαλὴμ τῇ ἐν τῇ ἰουδαίᾳ· τίς ἐξ ὑμῶν ἐκ παντὸς τοῦ λαοῦ αὐτοῦ; κύριος ὁ θεὸς αὐτοῦ ἔσται μετ' αὐτοῦ, ἀναβήτω.

FINIS PARALIPOMENON.

ORATIO MANASSAE REGIS IVDA,

QVÆ NEQVE IN HEBRÆO, NEQVE IN GRAECO HABETVR.

DOMINE Deus omnipotens patrum noſtrorum Abraham, Iſaac, & Iacob, & ſemini eorum; qui feciſti cælum, & terram cum omni ornatu eorum, qui ſignaſti mare verbo prȩcepti tui, qui cõcluſiſti abyſſum, & ſignaſti terribili & laudabili nomini tuo quem omnes pauent & tremũt à vultu virtutis tuæ, & inſuſtentabilis ira ſuper peccatores comminationis tuæ: immenſa verò & inueſtigabilis miſericordia promiſsionis tuæ; quoniam tu es Dominus altiſsimus ſuper omnem terram, longanimis & multum miſericors, & pœnitens ſuper malitiam hominum. Tu autem Domine ſecundum bonitatem tuam promiſiſti pœnitentiam remiſsionis peccatorum; & tu Deus iuſtorum non poſuiſti pœnitentiam iuſtis, Abraham, Iſaac & Iacob, his qui tibi non peccauerunt, quoniam peccaui ſuper numerũ arenæ maris, multiplicatæ ſunt iniquitates meæ, incuruatus ſum multo vinculo ferri, & non eſt reſpiratio mihi; quia excitaui iracundiam tuam, & malum coram te feci, ſtatuens abominationes, & multiplicans offenſiones. Et nunc flecto genua cordis mei, precans ad te bonitatem Domine. Peccaui Domine, peccaui, & iniquitatem meam agnoſco. Peto, rogans te, Domine, remitte mihi, remitte mihi, ne ſimul perdas me cum iniquitatibus meis, neque in æternum reſerues mala mihi; quia indignum ſaluabis me, ſecundum magnam miſericordiam tuam, & laudabo te ſemper omnibus diebus vitæ meæ, quoniam te laudat omnis virtus cælorum, & tibi eſt gloria in ſecula ſeculorum. Amen.

נקרא ומונח עם רב עיון על ידי בנריכטוס אריאש מונטנוס ממונה על המלאכה
הזאת במצות פיליפוס מלך ספרד מלך טוב וירא האלהים על
כל אשר הם קוראים בשם ישוע המשיח:

recenſui ב א מ

EX REGIS CATHOLICI MANDATO
Benedictus Arias Montanus D. Th. recenſuit & probauit.

B. Arias Montanus

